Margarita.

rit superiorum nō licet subditis cōfiteri religiosis et alijs in iuitis inferioribus estē hereticus; ex quo per ecclesiam iū est declaratū sicut de notiōnibus diuinis. Et nū eō vel tutius pōt cōmunicare cōfessum sine sua licentia habenti licentiam a superiori; sicut cōfessum sibi vel suo vicario: quia magis presumitur de idoneitate ei⁹ quez supior p̄ficit: q̄ quez inferior; vii. *L*et iulia.ambitus. restat in vrbe: in qua oēs prehendas vacātes con fert Pet⁹: q̄ pecunia simōis abiecit: sed Hiezi don petijt: quod magister repulit. Et sicut si cōfitendo dicat subditus dñe non habeo q̄ ego sc̄i am mortalia: nec placet mihi de venialibus cōfiteri peto eucharistiā: pōt et tenet cū tuta conscientia dare eucharistiam. Ita similiter q̄n dicit dñe nō habeo mortale de quo nō sum cōfessus potest absoluere. Et si dicatur q̄ licentia data a supiori non pōt subdit⁹ vt sine assensu inferioris.

Ontra hoc estqd dicit⁹. de priuile. cap. in his q̄. vbi papa arguit interptantes q̄ fratres nō possent vñ priuilegio concessio a papa de celebrando vbiciqz sine assensu prelatoruz: tunc enī indulgentia pape nihil eis valeret cum sine ea solo assensu prelatorum id possent. Ideo vt alii quid eis valeat indulgētia declarat papa q̄ sine prelatori licentia id possint fratres vt ex dicta indulgentia aliquz grāz videantur cōsequi. Ita in p̄posito: sed contra: q̄ in cap. pasto: alis de priuile.

Confessorum.

XIII

Dicit⁹ q̄ religiosi quibus est a papa concessum ecclesiasticas cōuertere in alios vñs decedentibus psonis earum: nū plus exprimatur: nō p̄nit intrare possessionē inconsulto cpo: q̄ pertalē indulgentiam non vult papa iuri episcopali derogare. Similiter in p̄posito p concessionē factam a superiori audiendi cōfessiones nō est derogatū in feriore imo eo inconsulto nō dēt su⁹ subdit⁹ audiari. Dicēdū q̄ nō ē silēnā ibi indulgia pape hēt effectū quo ad p̄prietatem. Licet nō debeat accipi possessio sine ep̄iassensi. Per idē p̄ ad id qđ haber. de iudeis cap. q̄ sit laudabile. vbi papa cōcedit cpo enī ad pdicādū pagāis q̄ q̄nqz clericū vel religiosi si sibi adherere voluerit possint cū eo pdicare. req̄sita et habitā suoz prelatorum licētia. Sine auctoritate enī pape licētia platoz non sufficiebat ad pdicādū paganis extra eorū diocesin: sed regr̄it autoritas pape cuius dioce sis ē tota terra. Pōt etiā dici q̄ licentia pdicādi data a papa iſeriori: nō eximit enī a suo supiori: si ne cui⁹ licētia nō debet pegrinari. Et ē bonū ar gumētū q̄ religiosus nō deb̄t audire cōfessiones nec pdicare sine licentia plati: quānqz habet potestate a papa eligēdi cōfessorem: si tñ audiāt tenibit absolutio: quāuis ip̄e religiosus graui⁹ peccet si audiat sine assensu plati explicito vñ implicito. q̄ sine eo nō hēt religiosus velle nec nolle. Patet hoc p̄ silē de electiōe ca. si religiosus.

Margarita.

vbi dī electiōi dī se facte nō pōt nec dī assēntire
sine plati licētia: t̄ nota q̄ q̄n religiosus sub ge-
neralitate incerta accipit auctoritatē a papa req̄
ritur assensus prelati q̄cū papa merita nō cog-
noscat coetigit assensum platorū. Sed q̄n papa
nominati eligit religiosū ad aliqd officiū p̄sumit
nosse idustriaz persone vñ nō requirit alia licentia.

SLiendū q̄ qui audit cōfessiōes nō iure suo
sed et cōmissione pdit potestate suam deles-
gatē mortuo vel amoto: nisi in confessione iam in-
choata in q̄ audit et tñc quasi iure suo: sicut etiā
pdit potestatem illo reuocatē q̄ soluitur iudicium
vetante eo: qui iudicare iussit. Et morte manda-
toris expirat mandatum: non aut expirat p̄tās de-
legati delegatē suspensiō vel exercitato: q̄r tunc res-
tinet delegatē iurisdictionē līcet nō v̄sum. Ad hoc
aut q̄ delegatus vtatur sua potestate requiritur
q̄ delegansi delegādo habeat iurisdictionē v̄sum
ei. q̄r delegare est v̄sus iurisdictionēs: s̄ postq̄ de-
legauit non requiritur v̄sus qui atq̄ nihil facit.

SLiendum q̄ in. clēmē. dudū. de sepul. sic di-
citur. Statuim⁹ qd̄ in singulis diocesisbus
vbi loca fratrn̄ predicatorum t̄ minorum fuerit.
Bñiales seu prouinciales vel eoz vicarij dictorū
ordinū ad episcopos locorū se cōferant p̄ se vel p̄
fratres idoneos: humill̄ petituri ut fratres ab eis
electi audiāt confessiones suorum subditorum:
numerus aut assumēdorū ad tā salubrē officiū:

Confessorum.

XIII

erit put diversitas cleri t̄ populi multitudo eri-
git. Studeat tñ predicti prelati fratrum eligere
ad tam salubre ministerii personas discretas vi-
ta et scientia p̄batas ac modestas. Quā licētiaz
si prelati concesserint recipient cū grātiā actione.
Quā si negauerit nos ex nīc eis cōcedimus vt
cōfessiones sibi confiteri voluntū libere audire
valeant tāta auctoritate t̄ nō ampliori: quāta cu-
ratis a iure est cōcessa: nisi prelati ecclesiārū vbe-
riorē gratiam durerint faciendā. Sup quo dicunt
doctores. q̄ priores conuentuales vel guardiani
hoc nō p̄n̄ petere. Et si aspere petat̄ non v̄r sa-
tis factum: ideo iterū est petēda propter omissionē
nē forme. Si plati non recusant expresse: sed nec
dat nec negat̄. post trinā requisitionē locū habet
hoc priuilegium. per capit. j. de suple. neg. prela.
Similē si recusant̄ aliquos admittere iusta d̄
causa puta q̄r nō sunt apti t̄ tales quales supra
describunt̄ tenet recusatio: t̄ sibi imputet q̄ ma-
luiz elegit: sed si sine causa hoc facit: succedit licen-
tia pape. Si tñ vellet ep̄s. possit acceptare fra-
tres ad audiendas confessiones committendo eis
suā iurisdictionem sine predicta solēnitate presen-
tationis. Ilhabet etiā dicti fratres priuilegiūz q̄
ep̄o mortuo aquo habet auctoritatē p̄n̄ illa v̄t
quousq; sit priuissimum ecclēsie de pastore.

Quia a casib⁹ episcopis reseruatis nec cu-
rati nec dicti fratres posunt absoluere: ni

Margarita

si quātum fuerit eis a diocesanis concessus; Non tandem q̄ casus reseruati episcopis vt habet in extrauagā iter cūctas, q̄ est besdicti. xij. sunt. iiiij. de iure. quorū priorē est. Peccatum clerici; ppter quod incurrit et irregularitatē. Secundus de incēdarijs quoq̄ cūq̄ locoq̄ si dolo et malo aīo sit at. xxij. q. vi. pessimā. Tertius peccati, ppter qđ idicēda eis solēnis penitētia. Quartus excommunicat⁹ maiori ercomunicatiōe. De aprobata autē cōsuetudine sunt alij qnq̄ casus ep̄is reseruati. s. p̄ctiū homicidiū voluntarij. Peccatiū falsariorū. Peccatiū violatiū ecclesiasticā libertatē. Peccatiū violatiū ecclesie similitudinē. Peccatiū sortilegorū. Diuinatoz t incātatorū. Et preter hos pot̄ ep̄s in sua diocesi alios sibi reseruare prout sibi videbit̄ expedire. Ioā. and. addit predictis: oppressionē puerorū. incestū. corruptionē monialium. coitū cū brutis: matrimonii clādestine contractū: periuirium: falsum testimonium: blasphemiaz dei t sc̄tōz. Hostiēsis vero addit officē peccatiū contra naturā. Et quolibet enorime qđ particularis vel generalis cōsuetudo reseruat ep̄is. Tot casus reseruare nō ē aliud q̄ ponere laq̄os in via salutis t sacerdotuz potestate restrigere q̄ eis a xp̄o plenarie est concessa. Nō sūnt igī cūrati in foro penitentiali oīa q̄ in iure non sunt sp̄cialiter reseruata ep̄is nec de cōsuetudine. Ele⁹rum est q̄ vbiq̄ occurrit aliquod graue deli

Confessorum.

XV

et sīt enorime superioris iuditū est requirendū. Sicut etiā ep̄i aliqui remittunt pctōres ad sedem applicam ppter enormitatē criminū t ad terrorē aliorū quamvis ab eo possint absoluere: quia nullum peccatum adeo est enorime a quo episcopus non possit subditum absoluere: dum tamen nullā habeat anexā sententiā excommunicationis.

Secundū ioā. de lig. fratres presentati proſaudientia confessionum possunt absoluere ab omnibus exceptis his precise que de iure ep̄is copis reseruantur. Pro quo facit predicta cles men. dudum. que solum excipit casus de iure reseruatos. Ende possent absoluere a casibus reseruatis ep̄is de cōsuetudine; vel ex suo bene plācito vel per cōstitutiones suas synodales vel priuiales: etiam si ep̄isci dictos casus non concedant: qz papa vnuz negādo: aliud tacēdo conceſſit. dis. xxv. cap. qlis. Nec possunt ep̄i dictam cōcessionē renocare indirete per retentionem multorum casuum: qz fieret in fraudē legis quod fieri nō licet. De cōces. cap. constitutus. Sileat ergo ioan. mon. q̄ tenet q̄ si pot̄ ep̄s artare p̄tatem ordinariaz curatorū. Pot̄ multo magis artare potestate extra ordinariā fratrū. Qz qđ p̄ superiorem est concessum: p̄ inferiorem artari vel resuocari non potest. distin. xij. cap. inferior. Ultior tamen via est q̄ fratres sciāt ab ep̄o quos casus sibi vult reseruari et de illis non se intromittat.

Margarita.

Et intelligitur reseruatio dictorum casuum : de a/
ctibus exteriorib^z cū effectu . nā si quis quesuit
alium occidere . istud homicidium nō est reserua
tum epo . Similiter scdm palu . in . iiiij . dis . xxriij .
q . iij . Incestus cōmissus a pueris non habentib^z
vsum rationis nō est reseruatus epis : q : per hoc
non tollit virginitas nec causat affinitas .

Liendum q absoluens a casu aquo nō po/
test grauiter peccat : si scienter vel ex igno/
rātia crassa facit : non tñ incurrit aliquā censuram
sed tenet illum quez sic absoluuit aūisare de erro/
re si cognoscit illum vel pōt innenire . Excusatur
tñ ille quo ad deū dū hoc ignorat . In cōcilio ba/
siliēsi . Quidā multuz piti habita super hoc col/
latione : dixerunt q qñ qs absoluit a casu a quo
non potuit si fieri pōt sine scandalo notabili vo/
cet illum quē absoluera : et per aliquē cooptum
modum interroget de aliquibus q sibi est cōfes/
sus : q si volens se meli informari ac si plene non
intelletisset : et si q alia peccata commissit : et sic ab
omnibus iterū absoluat . Petit a prius a superi/
ori auctoritate ab illo casu absoluendi . Et si
credit illum perseverasse ab ultima confessione in
gratia absoluat absentem . Si vero timet notabi/
le scandalum ex hoc oriri : committat xpo sumo
sacerdoti : presertim qñ multitudo est sic neglec/
ta vel multum distat a loco ubi est confessio . Et si
religiosis absoluat a sententia excomunicatiōis

Confessorū.

XVI

suspensionis vel interdicti in iure posita : incidit
in excomunicatione z a q non pōt absoluī citra se
dē applicam . H̄d aut si absoluat a sententia hois .
In clemē . religiosi . de privileg . seculares autem
clericī absoluendo a sententiā iuris male faciunt:
non tñ aliquam censurā incurruunt .

Nostandū q qñ superior dat vicariū gene/
rale et in mādato aliiquid expressit de his q
requirūt speciale mādatum secuta generali clau/
sula . Etoia alia q per nos possim^z etiā si māda/
tū erigant speciale : quātū est de virtute verborū
et in foro cōtentioso talis pōt oia specialia . Sed
in foro cōscientie qñ constat de intētione cōferen/
tis autoritatē : q intendit hoc etiam si non exprim/
mat aliiquid in speciali : quibusqz verbis vta/
tur generalibus seu specialib^z : in generali conce/
ssione intelligunt spetialia . xxij . q . v . cap . huma/
ne . Unde qñ ep̄s dicit do tibi auctoritatem me/
am in confessione . Per hoc nō intelligit concess/
isse casus suos nisi cōstaret q sic intendebat : sed
dicendo istum et illū et oēs alios casus meos : tūc
intelligitur totū dedisse . Et nota q cū sacramēta
lis absolutio preerigat cōfessionē : cōfessio autez
importat reuelationē q non pōt esse sine relatio/
ne confitentis et perceptione confessoris quando
alteram deest non sit legitima confessio nec pōt
impēdi absolutio . Ideo qñ confessio non intel/
ligit penitentem aut ex imperitia lingue sive ex

Margarita.

dormitione vel ex distractione metis ad alia applicate vel ex alia causa. Tenetur illi dicere quod iteret confessionem: quod si non facit confessus hoc non pendit absolutus est coram deo: nec tenetur iterare quousque sciat illum non intellexisse. et hec vera sunt de mortalibus quae sunt de necessitate confitenda: non autem de venialibus maxime quando confessor alias cognoscit personam.

Quiescentia requiri tur in confessione.

Siquidem quod clavis ordinis duplex est. scilicet clavis conscientie et clavis potentie. Cum dominus dixit Petrus tibi dabo claves regni. Clavis potestie est facultas ligandi et soluendi in foro conscientie diffiniendo et determinando causas iudicialiter. Clavis scientie est auctoritas discernendis examinandi ac cognoscendi auditam in confessione. Quae due claves in essentia una sunt: et propter duos effectus ad quos principaliter se extendunt. scilicet ad cognoscenda seu examinanda peccata et ad sententiandum super ipsis. Due dicuntur. Scientia acquisita non est clavis licet inveni clavis.

Cubbi nota quod triplex est clavis. scilicet clavis auctoritatis. Clavis excellentie: et clavis ministerij. Quia cum clavis regni celorum sit potestas aperiendi celum. Deus trinitas qui solus potest principaliter peccata remittere: quibus celum claudit. Et dare gratiam qua aperitur. Habet clavis auctoritatis.

Confessorum.

XVII

tatis. Secundo secundum quod homo qui meritos sue passionis celum aperuit tollens impedimentum nature: quod purus homo tollere non potuit: habet clauem excellentie. Sed sacerdotes qui ministerialiter et dispensatiue agunt ad amissionem obstaculi id est peccati: et ad collationem gratie habent clauem ministerij. Quelibet autem barum dicitur clavis regni celorum et non inferni quia finaliter sunt ad aperiendum celum: quoniam via nature per prius sunt ad claudendum infernum: quia a fine denominatur res et a digniori: scilicet Augustinus librum suum de civitate dei vocavit: quamvis agat de civitate diabolitangam a digniori.

Nostandum quod triplex est distinctio clavis excellentie: et clavis ministerij. Secunda distinctio est quod est clavis ordinis et clavis iurisdictionis. que differunt realiter. Quia quamvis clavis iurisdictionis non sit aliquid reale. Tamen clavis ordinis est aliquid reale et indeleibile. Clavem ordinis habet omnis sacerdos sine habeat subditum sive non. Si autem non habet subditum: tunc est clavis ordinis sine clave iurisdictionis: quia relativa dicitur dominus ad seruum. Unde non est potestas iurisdictionis nisi sit obedientia subordinationis. Et econverso. Non sacerdos curatus et officialis episcopi habent clavem iurisdictionis et non ordinis. Tertia distinctio est. clavis ordinis

Margarita.

est duplex. s. clavis scientie et potentie. **D**is sacerdos habet clavis scientie et potestate: licet multi non habeant scientiam debitam: et e contra multi non sacerdotes habent scientiam qui non habent auctoritatem discernendi et sententiad quod est clavis scientie et potestate. **H**ec quidem sine peccato: sed primi cum peccato suo si procurarunt sed si iniuriantur: excusantur: si proposuerunt impedimentum nec sunt auditum. munus enim iudicandi necessarium est in ecclesia et post hoc copelli ad officium iudicandi et ad prelationem: et tunc non peccat. **E**t quod dicit Grego. quod si indignus est non debet obedire: et dignus vir debet obedire. Intelligentia est de illo quod habet defectum qui est iuris ut irregularitas et talis non debet obedire nisi amoueatnr ab eo qui potest: alias tenetur obedire. Alioquin quilibet bonus qui se reputat indignus refugeret: et sic soli indigni promoveretur. Qui ergo non coactus sponte accipit potestatem non habens sufficientem scientiam peccat. **S**i inuitus et coactus qui non accipit sed suscipit non peccat. **A**b inscio ergo suscipi potest: sed accipi non potest. **N**ota quod vis clavis extensis se ad remissionem culpe et pene: et ad infusionem gratiae vel augmentum instrumentaliter ex opero operato. **N**on absolutio sacerdotis delet macula aie: que non est aliud quod priuatio gratiae: sicut remissio et delectio macule non est nisi restitutio gratiae per penitentias. **S**icut macula lumen est priuatio lucis sue: et illuminatio est ei pulchritudinatio. **E**t cuiusque

Confessorum.

XVIII
remittit deus culpam mortalem: remittit et penam et ceterum. **Q**uia vero amicus non vult mortem amici: nec patitur eius absentiam in perpetuum: cum amicorum sit conuiuere et conuersari ad iniuriam: sed non oportet quod omne aliud remittat. **C**um deus remittendo culpam communiat penam eternam in temporalem. Si cut ergo ois actus virtutis dispositus ad virtutem si absit: vel auget si adsit: sic et absolutio. **O**mnis sacramentum nouae legis agit vel auget: quod significat. **C**alet etiam absolutio ad remissionem penitentia secundum maiorem et minorum dolorem confitentis: erubescientiam et huiusmodi quod actus actinorum sunt in patiente dispositio et tam frequens potest esse confessio quod vis clavis debeat omnem penam debitam: et tunc non fiet nisi augmentum gradi: sicut quod permultos actus temporaliter remittit habet interperaties ipsius inerat et tam deinde ex toto corruptus: et tunc aut illi actus boni: licet non possint minime id quod totaliter est corruptus: potest tamen augere habitum temperatice. **S**ic in proposito. **C**liendum quod auditurus confessiones tenetur stantam habere peritiam et scientiam quod sciat discernere in peccatis communibus: quod est mortale et quod veniale ex genere. **E**t ad quod se extendit sua auctoritas: quod alia penitentia est imponenda pro mortalibus et venialibus: et qui hec nescit audire confessiones in periculum sui et sibi confitentium. **E**t plus peccat qui tales instituit: aut permittit institutum ministrare et iterumque peccat mortaliter.

Margarita.

Scire autem discernere inter perpleritates peccatorum et diffinire in casibus valde intricatis: quod ut sciri potest adhuc scientia acquisita per magnus et longum studium non est necessarium sed de his esse. In quibus confessio sequi debet et consulere viam securiorem. Sufficit ergo secundum beatum Tho. et Elbertum confessori scire in communione sunt mortalia ex genere et que venialia duorum modis in perpleris casibus sciatis talia esse difficultia: et caute in eis procedendis consultis doctioribus nec in talibus precipitandam sententiam. Durandus autem ordinis minorum tenet quod confessio tenetur scire utrum dicta a penitente sint peccata an non: et utrum contra dictis quos facit sint liciti an illiciti et quando restituere teneat et quando non. Et utrum debeat illum absoluere an non: quia si iudicat licitum quod est illicitum utrumque infonit cadit: nisi eum excusat probabilis ignorantia: puta quod habet aliquem doctorem auctentum et famosum cuius opinioni innititur. Unde si non est expertus in casibus conscientie: ita quod per se scit iudicare: nec dubitare non utrum periculo anime sue audit confessiones. Quod dictum est si rigorosum videatur: verissimum credo in eo qui voluntarie audit confessiones se in gerens ad hoc et talis secundum doctores quotiens se ingerit ad confessiones: totiens se effert ad respondendum de quolibet etiam de casibus inopinatis et inauditis. In eo autem qui coactus au-

Confessorum.

XIX
dit et ex obedientia: sufficit minor scientia. Nec exportet quod ad omnem confessionem audiendam accedat ex mandato superioris: sed sufficit quod a principio ex obedientia ipso non procurante expositus est ad hoc. Et quando se offert aliqua persona de qua verisimiliter credit quod habeat casus difficiles excusat se et pandit suam insufficienciam et cum tremore ex sola charitate accedit. Ex dictis elicio duas regulas. Prima est: si exponendus est obedientia certa sit: probabilitate certitudine se esse idoneum secure audit. Si vero scit se esse ineptum peccat audiendo: maxime si videt exponentes moneri passione a moris vel cupiditatis et huiusmodi. Si autem hoc non scit sed dubitat etiam secure audit: quod regulariter secundum doctores in dubiis subditur obedientie tenet. Secunda regula est si prelatus videt exponendum tam habere grammaticam lecta intelligat. Et videlicet defecerunt aut simile librum et non esse sic stolidum: quin dubitet ubi est dubitandum. Nec temerarium nec presumptuosum in suo iudicio et diligentem videt et sollicitum in moralibus et studiosum: secure exponit: alias non facit pro dictis: quia iudex quod quesuit officium cum aliis diligentior fuisse: tenet de leui culpa. Si autem officium non quod fuisse assupvit a superiori impositum solus tenet de dolo et lata culpa. Si cur et custos rei quod se iniurit ad custodiem et accipit pro custodia mercedem tenetur secundum doctores de levissima culpa sic in proprio curati et alij supiores

Margarita;

prelati q̄ se ingesserūt: t̄ q̄ runt curā aiariū sine du-
bio tenent etiā de leuissima culpa: cuz habeant de-
cimas t̄ oblationes quasi p stipēdio laboris t̄ se
offerant ad custodiam animarum.

Nostandum q̄ regulariter loquēdo cōfessor: nō
tenet audito quolibet peccato iudicare vtrū
sit mortale: q̄ virg repiretur in toto orbe vñ? cōfes-
sor idoneus: sed sufficit s̄l iudicet de cōmuni bus t̄
de his q̄ scire tenetur de alijs autē difficultib? pōt
suspēdere iudiciū modo oportūnū apponat reme-
diū ne iterentur: si dubitat ea esse mortalia. H̄z qd
faciet cōfessor: si occurrat casus dubi⁹. Dicēdū q̄
optimum est in confessore scire dubitare de ignotis
Quia caut⁹ incedit: vnde n̄s̄ legerit decisionem
casus vel habeat rōnes euidētes: nō diffiniat autē
q̄ consulat peritos aut ipsem̄ re nouiter video-
at: si tempus patitur: dicēdo penitenti se velle me-
lius rem cribare: q̄ si t̄pis angustia nō patitur t̄
est periculum in mora: absoluat penitentē: quia t̄z
sua se ertēdit auctoritas: iponiēs ei vt sup redubia
cōsulat talēm aut talem peritum: vel peritos in ge-
nere t̄ pareat eis: q̄ si nec hoc pōt: exigit a penitē-
te q̄ sit parat⁹ faccre os̄ie quod tenet t̄ cōsulat ei
qd tutius est: t̄ q̄ q̄rat quātū pōt scire veritatem:
t̄ in dubio qñ penitens sic est parat⁹ facere nō ne-
get absolutione. **D**tal⁹ est cōtritus: t̄ nihil has-
bet absolutioni repugnās. **Q**uādo vero cōfessor
probabiliter tenet vnaopinionem: et penitēs vel

Confessorum:

XX

alius dubitat propter rationes vel opiniones cōs-
trarias doctorum: non est faciliter precipitāda sen-
tēta t̄ denegāda absolutio: sed tutior via est cōsu-
lēda t̄ terror iicutēdus ex periculo. q̄ si penitens
er aliquid ratione probabili adheret dicto alicui⁹
doctoris notabilis t̄ non vult acquiescere: relin-
quere pōt confessio: omnis super conscientiam eius
t̄ ipsum absoluere. **E**t nota q̄ quādo est dubium
an aliquid sit peccatū an non: omnino abstinentiū
est nūl̄ ad sit aliq̄ valde pbabilis ratio: pbans qnō
sit peccatum: quia in his tutior pars est eligenda:
ne discriminī se exponat. Si vero dubium non sit
principaliter sup peccato: sed vtrū quis teneatur
ad aliquid dandum vel faciendum: vel pena sube-
ndā. Semper eligatur benignior opinio. **A**nde in caplo fina. de transla. dicitur. In his super quis-
bus ius nō innenit expressum. **P**rocedas ser-
uata semper eq̄itate in hūaniorem partem declina-
do secundū q̄ psonas causas loca t̄ tempora video-
ris postulare: t̄ in dubio regularis danda est sentē-
tia pro reo nisi in causa matrimonij: dotis: liberta-
tis t̄ testamēti. de regu. iuris. libro. vi. cum sunt. et.
odia. e. ff. deleg. l. benignus. **M**isi forte esset quid
tale quod faciliter potest expediri: vt cū quis ab-
solutur ad cautelam.

Nostandum q̄ confessio: qui se ingerit: si des-
linquat in confessione ex ignorantia tenetur
de omni exacta diligētia. Arg. ff. de pos. l. prima.

c iiiij

Sepe, vbi dicitur q̄ qui se obtulit deposito: tene-
tur etiam de leuissima culpa: vbi alias non tene-
retur nisi d̄olo & lata culpa: q̄a sit se non ingerit.
sed requisit⁹ aut cōpulsus exercet ex charitate fra-
terna nō tenet nisi iquātū scit & cōmode scire p̄t:
cum impossibiliū nō sit obligatio. **P**ropterū q̄
hic agit ad mera alterius utilitatē: sicut in deposi-
to. **E**t quia de culpa lata sepe fit mentio. nota q̄
loquēdo iuridice. quintupler est culpa. s. latissima
latior. lata. leuis & leuissima. **L**ata culpa est deui-
atio in circumspecta ab ea diligētia: quā habet cō-
muniter homines eiusdē p̄fessionis. **E**nde ignos-
rare quod cōmuniter scit est lata culpa. **M**otāter
dicitur in circumspecta. Ad differentiam dolii qui est
insidiosa machinatio. **E**nī si deuiatio esset seriosa
iam ibi esset dolus. Nam dolus: culpa & negligē-
tia differunt. quia dolus est cum voluntate nocē-
di. Culpa cum sciencia sine voluntate nisi per acci-
des. **N**egligētia sine vtroqz. verū est q̄ lata cul-
pa est dolus presump⁹ ita q̄ vbi q̄st tenetur de do-
lo: venit etiam lata culpa. **E**t in cōscientia vbi ces-
sat p̄sumptiō lata culpa nō habetur. p̄ dolo. **E**xem-
plū late culpe. Si libriū cōmodatū dimisiſti extra
domum sup bancho: et sublat⁹ est. **L**ata culpa
est. **O**hoiestue p̄fessionis hoc nō fecissent sciens
tes periculose ibi dimitti. **S**i tū esset error in eo
quod nō scīt cōmuniter hoies vni⁹ artis: sed solū
excellentissimi: nō esset lata culpa: sicut si pecunias

depositui apud illū qui cōmuniter habebat bone
cōditionis & nō erat. **L**euis culpa est deuiatio in-
cōsiderata a diligētia: quā cōmuniter habet hoies
diligentes illi⁹ p̄fessionis. **E**nde leuis culpa est
omittere: qđ homo diligens nō omisisset vel face-
re qđ diligēs nō fecisset. **S**icut si fenerator nō ex-
cussit vestes pignoratas eo tempore quo diligens
excusisset. **L**euissima culpa est deuiatio incōsider-
ata a diligentia quā diligentissimi facerent. **E**nī
leuissima culpa est: nō preuidere quod diligentissi-
mus p̄uidisset. **E**nde omittere qđ diligentissimus
nō omisiss: sicut si cōmodatari⁹ rēcōmodatā in ca-
mera & i arca locauit: s̄ nō serrauit clave & sublata
ē. **L**atissima culpa est ver⁹ & manifest⁹ dol⁹. **L**ati-
or est dol⁹ presump⁹. **S**ed stricte & pprie loquē-
do dolus rei nomine differt a culpa. **D**ol⁹ est a
pposito: nō autē culpa. **E**nde omisculpa arbitrio
trio boni viri. pprie ad latā v̄l leuē seu leuissimā re-
duci debet. et nō est assignāda latissima culpa.

Sielendum q̄ quādō cōfessor videt penitentes
nonne subire penitentiā: aut nō explecturum
eam. **T**alem debet sua prudentia moderari peni-
tentiam: quā velit spōte & sine murmure ferre: nō
aliam propter periculum: & concedat posse redimi
imposta ieunia nec debet exigere iuramentum:
aut promissionem de abstincendo in posterum ab
aliquo peccato. **E**nde de faciēdo aliquo iniuncto:
sed absoluat simpliciter: nisi in casib⁹ exp̄ressis

in*jure* de quibus stati dicet. Protestetur tamen quod si non restituat vel faciat debitum suum quod fructuz confessionis evacuabit. Lautit tunque esset quod adest facultas inducere eum prius ad satisfactionem. Quod si non pot comode sufficit si satisfactione disponat quod primum poterit. Nunque tun promittat peccatorem desperatum abire. Sive absoluat eum sive non. Et caues at absoluere incapace absolutionis quantuncuque moleste ferat. Dicitur aute incapar absolutionis: qui non vult abstinere a peccato: vel quod non vult facere id ad quod de necessitate tenetur: vel quod non vult relinquere societatem vel domini vel familiaritatem cui quibus habet dispositionem pproprium quā ad recidivam in peccatum. Foras non essent tot inimicitie nec litigia: nec cōcubinarij tot putruissent in sterco ribus suis: si prudens confessor vinum misceret oleo lenitatem charitatis rigore temperaret. Quia facilitas venie incenium prebet delinquedi. Ideo utilissimus est assidue recidiuantibus per aliquot dies differre absolutionem vt interim toto conamine resistant diabolo et praeue consuetudini. Ut igitur quis capar sit absolutionis oportet quod a peccato recedat animo et loco: maxime in peccatis carnalibus et in peccatis ire mortalis: nec sufficit carnaliter affectis proponere separationem voluntatis et consensus. Quia morari cum feminis quibus carnaliter afficitur et non cadere cum illis salte voluntate maius est quod suscitare mortuos. Finiber.

Et qui minus non potest: nec maius poterit. Et similiter non sufficit separatio secundum locum: quando non fit separatio voluntatum in illicitis. Ende vbi cunque quis habeat concubinam tanque suam: censemur perseverare in mortali et tam ab soluens indignum: quod ipse indignus qui absoluitur nouum sacrilegij incurrit crimen. Audienda est nihilominus talium confessio et iniungendum est aliquid bonum: et exhortandi sunt ad veram penitentiam: et consulendum ut frequenter reuelent peccata sua confessori etiam si non sint absoluendi: quia ex illa humilitate oratione et consilio sacerdotis citius eriet a peccato. Ut patet. in capitulo. quod quida*s* de penitentis et remissionibus.

Nostandum. quod in his casibus ante absolutionem erigenda est aliqua promissio: vel satisfaction. Primo antequam excommunicatus absoluatur erigendum est iuramentum quod paresbit mandatis ecclesie. Ut in capitulo. ex tenore. de sen. exco. Non tamen est hoc necessarium. ut capi. nuper. pater. Requiritur etiam satisfactione si est excommunicatus pro notoria offensa. de senten. ex. solet. in multantibus requiritur satisfactione. vigesima tercia questione octaua. si quis membrorum. In incendiarijs iniustis et mandantibus et consilientibus similiter. vigesima tercia. questione octaua. pessimā. In manifestis raptoribus et violatoribus ecclesiarum similiter. de rap. in litteris.

Margarita.

ris. In manifesto usurario similiter. de usur. quan
q̄ libro sexto. In sacrilego qui aliquid de loco sa
cro iniuste tulit: vel personis ecclesiasticis fecit in
juriis similiter. decima septima questione quarta
si quis invenitus. Nisi predicti de restituendo cau
tionem idoneam dederint. quod restitutioni equi
poller: absoluendi non sunt ante satisfactiones. Et
autem cautio idonea iudicanda: ad arbitrium bo
ni viri vel ad beneplacitum partis lese.

Nostandū q̄ curatus si habeat subditos mu
tos surdos vel furiosos et huiusmodi debet
eos nutib⁹ et signis et orōnib⁹ suis et populi quā
tum possibile est ad penitentiā inducere: vt ei non
imputetur cum nihil de cōtingentibus omiserit.
Si vero talis casus ex sua negligētia euenit: accu
rati⁹ ei succurrat. Et si ante q̄ illa contigeret penitē
tiam petijt: debet qdqd humanitatis pōtēis im
pendere. Absoluendo. s. eū generaliter et eucharis
tiā ppbendo si periculū non tinetur.

Nostandū q̄ penitētia hēt tria genera par
tium. Primo habet partes quasi potestatis
uas: quarū vna cōtinet aliā et plus sicut in figuris
sicut dicimus animā diuidi in vegetatiā et sens
ituā et c. Sicut totum potentiale in suas partes.
Et hoc in vna penitētia est ante baptismū. Aliā
est post baptismū de venialibus. Aliā post baptis
mū de mortalibus. Prima requirit solum contri
tionē. Secunda contritionē et satisfactionem. Ter
tiā cōtritionem: confessionē et satisfactionē. Secun
do habet ptes subiectivas et sic diuiditur in penit
entiā priuatā: publicā et solēnem. Tertio habet
partes integrales essentiales inquitū est sacras
mētū. Que sunt cōtritio confessio absolutionē et satisfa
ctio. Hūmēdo cōtritionem p aliquā dolore de
peccatis q̄ sit saltē attritio et prout ad extraper ver
ba sensibiliter manifestatur. Nam cōtritio vt est
actus interior voluntatis secundū se non potest dici sa
cramenti pars de cuius ratione est q̄ sit materiale
elementum. Hoc est aliqd sensibile. Sed vt sic po
tius dici debet effectus sacramēti. Aduertere q̄ pe
nitentia est totum integrale nō permanens sed suc
cessuum cuius partes non sunt simul. Unde pre
dictas partes nō oportet esse simul in actu exercis
to quamvis in pposito sint simul. Nec est cōtra
hoc q̄ aliquā est tanta contritio q̄ nō requiritur as
lia satisfactione. Quia sepe effectus sacri hēt ex so
lo pposito sacramēti: sicut patet i baptismo flami
nis sine baptismo fluminis.

Confessorum. XXIII
tia cōtritionem: confessionē et satisfactionē. Secun
do habet ptes subiectivas et sic diuiditur in penit
entiā priuatā: publicā et solēnem. Tertio habet
partes integrales essentiales inquitū est sacras
mētū. Que sunt cōtritio confessio absolutionē et satisfa
ctio. Hūmēdo cōtritionem p aliquā dolore de
peccatis q̄ sit saltē attritio et prout ad extraper ver
ba sensibiliter manifestatur. Nam cōtritio vt est
actus interior voluntatis secundū se non potest dici sa
cramenti pars de cuius ratione est q̄ sit materiale
elementum. Hoc est aliqd sensibile. Sed vt sic po
tius dici debet effectus sacramēti. Aduertere q̄ pe
nitentia est totum integrale nō permanens sed suc
cessuum cuius partes non sunt simul. Unde pre
dictas partes nō oportet esse simul in actu exercis
to quamvis in pposito sint simul. Nec est cōtra
hoc q̄ aliquā est tanta contritio q̄ nō requiritur as
lia satisfactione. Quia sepe effectus sacri hēt ex so
lo pposito sacramēti: sicut patet i baptismo flami
nis sine baptismo fluminis.

Ontritio multipliciter diffinit pmo ab Aug.
Cōtritio ē dolor remittēt pcmī. supple dis
positiue nō effectiue nisi forteveniale d quo videt
q̄ effectiue sit ei⁹ remissio ab hoie. Eū nihil ad ei⁹
remissionē requiratur qd nō subsit hoī. D nec no
ne grē infusio: nec augmentū sed solū displicentia
voluntatis et solutio pene debite ex grā quam hō
iam hēt: vt sicut hō efficit suū meritū sic et remiss-

Margarita.

sionē pēti venialis. Secunda est Grego. Contris-
tio est humilitas spiritus; anichilans peccatum in
ter spem et timore; ne sit presumptio aut despera-
tio. Et annichilat quo ad culpā et tanta potest esse
quātū quo ad penā et iter vitramq; medicina. Ter-
tia est Iōsido. Cōtritio est humilitas mētis et cūpū
ctio cum lachrymis veniens de recordatione pe-
ccati et timore iudicij. Quarta est magistralis.
Cōtritio est dolor voluntarie assumptus pro pec-
catis puniens quod cōmissit; cum proposito confi-
tēdi et satisfaciēdi quo ad mortale: quia quo ad
veniale non requiritur propositum cōfītēdi; nec
forte satisfaciēdi: quia potest remitti r̄binon est
satisfactio ut in purgatorio; sed non sic de mortali.
Unde non videtur esse in statu salutis quā pro mo-
tali non vult hic satisfacere sed tantū in purgato-
rio; quamvis Scotus in iii. distin. xvii. quel. pri-
ma. arti. ij. videatur oppositū sentire. Differt autē
cōtritio ab attritione: quia dolor pro peccatis im-
perfectus est attritio. Dolor vero perfectus dicitur
cōtritio: cuius perfectio plus attenditur ex parte
grā qua informatur: quā ex parte dolor: is: nāz dolor:
desperationis maior est dolore cōtritionis aliquo
modo; qui tamen non est contritio quia caret grā;
quādo dicunt docto. quā attritio fit cōtritio: nō intelli-
git de eodem actu numerice: quā cōtritio est actus q; grā
elicitus: nō autem attritio: vñ non pot idem actus
esse attritio et contritio. Sed intelligitur de eodem

Confessorum.

XXIII

actu scđm speciē: vel ordinabiliter. Sicut dicitur
quā ex mane fit meridies: ita quā vñus fit post alium
actū et vñ est dispositio ad alium. Sicut in natu-
ralib; natura procedit de imperfecto ad perfectum
sic quā actus imperfectus cedit: et perfectus succedit.

Notandum quā cōtritio est soluz de malo cul-
pe non nature nec penit: quia solū agit in pec-
catū sicut in propium obiectum ad destruendum
ipsum. Et nō de malo culpe originali sed actuali:
pro mortali est necessaria in presenti: de veniali atti-
tem hic vel alibi. Nec est de peccato alieno sed de
proprio et preterito. Nam de futuro peccato ti-
mor et cautela esse potest: de preterito autem et de
presenti est dolor. Licet a futuro teneatur homo
proponere cauere. Et debet esse de quolibet mor-
tali in speciali: quod tamen non oportet de venia
li: quia sicut leues infirmitates licet multe vna me-
dicina curantur: sed graues speciales medicinas
requirunt sic et hic. Penitentia ante baptismum
non requirit sic specialem dolorem: quia sicut in
generatione actione vñica naturali: omnia contra
rita expelluntur: sed in sanatioē diuersa remedia adhi-
bent: sic in proposito: specialiter quā plus hō tenet ad
cōtritionē habēdā: quā ad cōfessionē quā nulla necessi-
tas excusat a cōtritionē: si enī pēti cōmissio hō mori-
tur aē cōtritionē etiā si nō potuit cōteri ut quā pe-
cado morit dāhat. Sed quā voluit p̄fiteri et nō po-
tuit excusat. Etyelle cōteri est cōteri. velle autē cō-

Margarita.

fiteri nō est confiteri. Et tñ tenetur hō confiteri de mortali in spetiali. Ergo similiter tenet conteri in spāli: si aut̄ non habet memoriam nec in ḡniali nec in spetiali excusat. Si vero in generalit no in spālidis cutiat cōscientiā debito mō: et de⁹ reducet ad memoriā: et remittet. Q: si nos met̄pos diūdicare m⁹: a dño nō iudicaremur. Prima co. iij. Et debet de ipsa negligētia cōteri: ne forte p̄ culpā elapsum sit aliquid peccati a memoria. Habita vero spāli contritione de s̄r: gulis securiū est aliquid sensibili signum tonsionis pectoris seu spiriū vel aliud adhibere ad certitudinē consciētiae. Quāuis hoc non sit necessarium: quo facto de omnib⁹ in ḡniali cōteratur: vt sic omnib⁹ spetialiter enumeratis se q̄tetur ḡnialis clausula: q̄ oia cōprehendat quia illud modū deb̄z hō gerere interius per cōtritionē: quē foris pretendit per confessiones. Non aut̄ oportet q̄ absolutio singulat̄ fiat de singulis: sed sufficit q̄ ḡnialiter fiat de omnib⁹: nec turbet quis timēs singularē dolorem non habuisse de singulis: q̄ re penitens quanvis hoc non perpēdat sine dubio ita facit formaliter vel virtualiter. Quia licet dis cursus rationis ad hoc sit necessarius: ille tñ fieri pōt in im̄ceptibili tpe. Unde nec pētitens qui vere deserit peccata et conviert̄ ad dñm: nec cōfessor de hoc debent solicitari. Cōtritio tripliciter potest considerari. Primo scđm genus suum quod est dolor: et sic est in dānatis. Seco quantū ad ei⁹ for

Confessorum.

XXV

mā que est ḡra et sic est in purgatorio. Tertio quā tu ad eius efficiatiā q̄ est meritorius et sic soluz est in hac vita. Causa principalis cōtritiois de⁹ est sed cause dispositio ex parte nostri sunt sex. I Recos gitatio peccati. Recogitatio pudoris. Detestatio vilitatis peccati. Limor iudicij et inferni. Consideratio amissionis p̄fie et offense tāti p̄fis. Spes venie cōsequende. H̄e recuperande. H̄e expectāde. Et tñ pōt intēdi er parte charitatis et dolo ris intellectualis et sensibilis q̄ tota pena remittatur. Non tñ est omittenda p̄fia iniuncta propter hoc: et propter incertitudinem talis remissionis et quia ē p̄cepta a cōfessore. Cōtritio p̄priedicta nō durat nisi in hac vita. Quia cū sit dolor nō est in padiso: nec ī libo p̄fis nec puerorū in q̄b⁹ nō est pena sensus. Nec est inferno cū sit actus ḡra infornatus. nec est in purgatorio: quia est actus satissimtorius et voluntari⁹ simpliciter. In purgatorio autem nō sic est ybi est tñ pene solutio: nō meritum quod īcludit satissatio. Est autē tota vita hec tps cōtritiois q̄ ad habitum. Sic. s. q̄ hominē deb̄z esse promptus addolendum de omni mortali: si ipm cōmitteret: nisi alias doluisse: imo Ricard. et Aler. de ales videntur sentire: q̄ quoties recolit de mortali tenetur dolere: sed cōtra q̄ p̄ceptū affirmativum nō obligat ad semper: vñ licet semper te neatur nō complacere sibi in peccato: nō tñ tenet actu odire peccatum; sicut nō tenetur diligere dñi

Margarita.

actu quotiens de deo recolit: alioqui nullus posset cogitare de deo speculatim qui peccaret mortalius ter: quod non potest diligere deum: nisi cogitet de deo practice. Dicendum ergo quod loquuntur de debito cognitatis non necessitatis. Et si intelligatur de debito necessitatis verum est quod occurrit practice ut principiū operadi et non speculatim. Si enim practice de us metu occurrat ut diligendus vel non diligendus tenet homo indicare deum diligendus et diligere. Si milititer si occurrat petitiū cōmissum practice ut materia delectatiōis vel detestationis ut psequebile vel fugibile tenet hoc indicare detestandū et detestari.

Si potest nec debet esse maximus. Non potest. Non potest nec deus non possit infundere maximū: et aliquis infundit de gratia spirituali sed quod non est in potestate hominis plus dolore de hoc quod de domino sensibili. Debet tamen plus optare lachrymas et dolore sensus pro delicto: et pro quo cumque temporali dāto. Unde Augu. Non sunt in te christiane viscera pietatis si plangis corpus aquo recessit anima: et non plágis anima a qua recessit deus. Nec debet esse maximus. Quia destrueret corpus et oculos quod esset contra rationem: nam si preter intētionem et negligentiā se queretur mors aut cecitas imputatur ad martirium non ad peccatum. Nihilominus quando aduertitur fletu se ledi debet temperare secundum rationem. Dolor vero intellectius debet

Confessorum.

XXVI

esse maximus. Non quidē respectu doloris alterius vita: quod hoc est impossibile. Cum nec mors christi que omniem dolorē huius vite excessit attigerit ad minimum dolorē inferni aut purgatorij. Nec etiā respectu doloris inordinati: quia maior est dolor iude despontis quam petri penitentis. quod nullo gaudio temperatur. Sed respectu malinature vel penitentia dolor debet esse maximum: et de maiori malo et de amissione maioris boni. Non debet autem homo se tentare super his: nec confessor penitentem tentare ad sumendum experimentum: nec in sermonibus debet tendere laqueos temptationis similes cibis: dicendo quod plus debet habere et coriori et humiliandi que sensus horret. Hoc soluz a penitente requirendum est. Unum peniteat: et si dolor eius est insufficiens an vellet habere dolorē sufficientē: et si non habet hoc sibi displicet: et sufficit. Sed contra. Quod secundum iudicium recte rationis magdalena plus doluit de morte christi: quam de peccatis suis: et matrem dominum de morte filii: quam quocunque peccator in contritione. Quod si de peccato est dolendum pro eo quod est contra deum. Illud peccatum quo deus occisus est magis fuit contra deum quam quocunque aliud: et illud factum veraciter et et realiter nocuit deo in natura coniuncta et assumpta. alia autem peccata nihil nocet deo: nec in deitate nec in humanitate. Ergo de illo facto est magis dolendum hoc. Itē licet nemo obeat committere veniale: ne aliud committat mortale: tamē plus videtur quod si

Margarita.

bi debeat displicere mortale alterius q̄ veniale, p
pīi: q̄r qd̄ peius est magis est detestadū: et tamē
dolor quē habet de suo veniali est cōtritio: nō aus
tē quē habet de alieno: ergo aliis dolor est maior
dolore cōtritionis. Dicendū qd̄ sicut homo non
magis diligit mai⁹ bonū loquendo de bonis crea
tis sed qd̄ est magis bonū sibi sic deb̄ odire non
mai⁹ malū sed mai⁹ malū sibi: est autem veniale
proprium peius homini: q̄ mortale alienū et p̄cō
sequens magis dolendū sibi: similiter Margarita
lene mai⁹ malū fuit: peccatum proprium: q̄ pec
catum crucifigentū: ideo magis dolendū: et quia
plus debuit diligere xp̄m: inquitū deus q̄ in qua
tū homo: plus debuit dolere de hoc q̄ p̄ peccata: p
pia offendit ei⁹ deitatē: q̄ d̄ hoc qd̄ crucifilio os
fendebat ei⁹ humanitatē. Matri etiā christi plus
displicebat malū culpe in deoz̄: q̄ malū pene in
morte filij secundū rōhem licet nō secundū sensu⁹.

Decandū q̄ peccatum quantūq̄ veniale
quādiū manet peccatum nō licet facere pro
quocūq̄ malo nature vitādo: quia hoc esset de du
obus malis eligere peius: cum minimū malū cul
pe sit peius maximo malo nature. Nec vt aliis
vitet maximū malū culpe: quia peius est isti venia
le, ppium: q̄ mortale alienum. Unde si non pōt
aliū impedire ab homicidio: nisi mentiendo: nō li
cet ei mentiri. Nec pro vitādo in se majori malo
culpe. Quia nūq̄ arctatur homo sic q̄ faciat al

Confessorum.

XXVII

terū de duobus peccatis. Lū iam nō esset pecca
tum et quo necessariū. Et implicat casus contra
dictione. s. q̄ manens peccatiū sit lictū: cum ex hoc
q̄ est peccatiū sit illicitum. Sed cōtra. q̄ Grego.
vt habet distin. xiiij. capi. nerui. dicit q̄ licet homo
nō debeat cōmittere minus peccatiū: ne ali⁹ cōmit
tat maius. Lamē ne ipse cōmittat mai⁹: pōt cōmit
tere minus. Dicendum q̄ Grego. intelligit. Qū
illud disinit esse peccatiū. Sicut nō est homini fu
randum ne interficiatur: quandiu furtū est furtū:
sed si sit in extrema necessitate ipse v̄l ali⁹: licet si
bi auferre panem: ne ali⁹ sit homicida sui vel al
terius non pascendo: sed illud nō est tunc furtum.
Malum igitur quod cūq̄ nature et pene eligen
dum est provitando quocūq̄ malo culpe. Si que
ras ansit preeligendū nō esse q̄ peccare: dicendū
q̄ casus est impossibilis. Nō enī ponī potest q̄
homo necessitatē peccare vel annichilari seu dā
nari. quia nec deus potest facere: cum nō pos
sit inducere ad peccandum. Nec creatura q̄ non
post annichilare. Et dato quo demon posset annis
chilare animā nollentis peccare. Ad huc non has
bet ipse necessario alterum eligere: sed haberet ne
cessē vel unum eligere: vel alterum pati iniuitus. si
cum aliquis torquetur iniuitus quia non vult face
re eius voluntatem et ita positō casu per impossib
ile: non debet hoc vel illud eligere: sed peccatum
respuere et annihilationem seu damnationem iniuitus

Margarita.

sustinere: quia in malum nature non licet eligere nisi pro necessitate vel utilitate virtutis: quorum nūc trū est hic. Nōt etiā dici. q̄ qñ annibilatur quia peccare nō vult. Hoc agit propter deū qui potēs est ānullatū repare v̄l dānatū saluare: p̄p̄ actūv̄ tutis paciētie et ita licite eligere pōt ānibilatioēz.

Onūfessio multipliciter diffinitur. Mā lecū
dum Augu. Lōfessio est per quā latēs mor
bus aperitur sub spe venie sicut medicus quan
do scit īfirmū habere aliq̄z letale morbi: quē ig
norat vel vult occultare q̄r̄ tunet securi: debet illū
monere; dicens. Si medicantis opus expectas: o
portet q̄ vulnus detegas. Sic etiam si confessor
scit vel probabilit̄ credit: q̄ penitens non recos
lit aliquid peccatum: quia insufficienter discussit
conscientiam: vel si recolit: nō credit illud esse mor
tale. Debet illud sibi ad memorīa reducere vel cō
scientiā ei de illo facere: alioquin scienter solueret
indignū: sed si dubitat an illud sit mortale et peni
tens dicit de consilio peritorum facere: de quibus
ex vita et scientia probabile est q̄ non consulerent
nisi bene: potest se illo si iudicio cōformare: secus
si esset certus de opposito. Secunda diffinitio est
Hrgo. Lōfessio est peccatorū declaratio: detesta
tio et vulneris ruptio. Declara rare debet quo adnu
merum numeratū: si differunt specie. Non enim
sufficit dicere numerum numerantē puta feci tria
peccata: sed oportet specificare ea: quando vero

Confessorum.

XXVIII

peccata solo numero differunt: sufficit dicere nu
merum numerantem puta feci tria farta. Tertia
diffinitio. Confessio est ligitima coram sacerdote
peccatorū declaratio. coram dicitur. Quia quās
dū per se ipsum dicere potest: in presencia et non in
absentia nec per nūciliū nec per litteras confiteri
debet. Quādo scribit peccata beneficit: sed nūb̄z
lomin̄ debet ea ore proprio exprimere: nec suffici
trare legēda. quod si non pōt ire nec accerſi
ri sacerdotem: nō tenetur scribere et mittere pecca
ta: quāuis si velit sibi hoc sit lictum et sacerdos
poterit sibi rescriberet remādare absolutionē et va
let absolutio. Qui vero habet sacerdotem presen
tē sed alteri lingue vel est mutus: potest per inter
pretē cōfiteri: sicut et matrimonii contrabere: q̄n
uis Scotus in disti. xvij. q. pma. q̄rti. teneat oppo
sitū. Mō tamē tenetur sic confiteri: quia soli sacer
doti homo tenet cōfiteri cuiusmodi nō est interps. Plurib̄ etiā sacerdotib̄ simul pōt cōfiterier can
fāt ab utroq̄z absolui: sicut pōt seorsim vni post a
lis. Quartā diffinitio. cōfessio est deliquētis accu
satio ex erubescētia: et p̄ claves ecclesie satisfactoria
obligās ad iniunctā penitētā peragendā. Delinq
quētis dicit quia se et non alios debet accusare: ni
si q̄nādo aliter no pōt suū peccatum manifestare:
nam circumstantiā mutantem in mortale: propter
nullius famam debet celare: quia plus sibi teneat
q̄z alij et sue conscientie: q̄z alterius fame: querat tñ)

dūs

p̄male
p̄mā ob.
cēterē sūt
p̄ma sūt

Margarita.

cōfessore q̄ per cōfessionē nō veniat in noticiam p̄ sone: quē si habere non pōt cōfiteatur vt oportet cū dolore. q̄n̄ vero circūstātia agrauat sed nō ius-
tat speciē; meli⁹ est subticere; quād timereſ ſcan-
dalū ſui v̄l cōfessoris v̄l tertij. Obligās dicit q̄;
aliquā breuis oratio q̄z ſtati explēat v̄l aliud ſimile
debet iūngi p̄ modū p̄cepti a cōfessore: t̄ aliud in a-
gis longū poſtea explendū per modū cōſilij.

Nostandū q̄ cōfessio non est introducta le-
ge naturali. Q̄r iura naturalia vbiq̄z t̄ ſem
per manēt: nō autē ſemper fuit q̄ hō peccatū ſuiz
ſecretū tenereſ alteri p̄palare. Item uō eft indu-
cta lege moīſi eo modo quo nūc eft. Nec lege po-
ſtitua: q̄z t̄ ſi poſſet precipi vt quis confiteretur de
actu exteriori: nō tamē de actu interiori q̄ non ſub-
iacet humano precepto directe et per ſe: de exteris
ori poſſet ſicut t̄ clandestina matrimonia, p̄fiben-
tur t̄ adhibetur pena contra quod agentes t̄ pec-
cāt t̄ pena incurrit licet probari non poſſit: vide de
bis infra. Similiter ſi papa preciperet cōfiteri de
actu exteriori quantumcunq̄z occultiſſimo: tenereſ
tur q̄s t̄ excommunicationē incurreret ſi omittetur:
et lata eſſet contra omittētes. Minē igitur actū
exteriori pōt lex humana: t̄ p̄fibere t̄ p̄cipere
q̄ ſi non poſteſ aliquando trangreſſorem puni-
re nō eft ex defectu iuris ſed probationis. Actus
vero interior ſubter fugit legē humana: t̄ q̄ ſi ho-
mo fateretur ſe cōſentiffi in quod cūq̄z crimen: ſed

Confessorum.

XXIX

nihil exterius egiffe: cogitationis pena zalege hu-
mana nō accipet. Reſtat ergo q̄ cōfessio ſit deiu-
re diuino. Patet. quia paf̄ omne iudicium dedit fi-
lio: vñ quando erat deus tantū: ſoli deo ſufficiebat
confiteri: cui dicit p̄pheta. Libi ſoli peccauit: poſt
q̄ autē factus eft hōt pro nobis mortuus: datū eft
ſibi iudicium de peccatis t̄ ſibi eft cōfessio faciēda:
qui loco ſui vicarium dereliquit: cui etiam eft cō-
fessio faciēda. Cleruz eft q̄ aliquo modo fuit cōfes-
ſio exterioſ necessaria in omni lege. In lege nature
per indeterminatū modum. Tunc enim quilibet
ſcōm q̄ ſibi veniebat in cor modū penitendi ſibi
determinabat: t̄ hunc modū exquisiuit deus ab
Adam quād poſt peccatum dicit Adam vbi eſ
ſuper quo gloſa. vor eſt increpatiſ t̄ confessionē
inquirentiſ t̄ ide m de Cain.

Sed in lege veteri modus exterioſ penitendi
erat magis determinatus unde pro determi-
natis quibusdam delictis ſiebant certe t̄ determi-
nate oblatiōes vt patet Leuiti. iiiij. t. v. in confuso
tamen manifestabatur per illā confessionem pecca-
tū t̄ nō multū explicite. In lege vero christi: in ſpe-
ciali oportet peccata confiteri. Dicit Bonauen-
tu. q̄ cōfessio a xp̄o fuit iſſuata. Ab apostolis
instituta t̄ poſtea ab eis p̄mulgata. Sed hoc cō-
muniter nō tenerur: quia ſolus christus p̄ potesta
tem excellentie potuit instituere sacramenta t̄ nō
alius quicunq̄z.

Margarita.

de primis siue publicis siue occultis sine aliquo
de predictis respectibus. Est autem mortale: primo qua
do sequitur notabilis infamia ut cum reuelat secre
tum nescienti etiam si sit verum: nisi fiat propter bonum
finem ut dictum est. Secundo quoniam malum quod dicit est
falsum et est notabile quid. Tertio quoniam quoddam
pertinet animo infamati notabiliter: quoniam non sequitur
infamia. In primis duobus casib[us] non sufficit
penitere: sed tenetur ad restituiones si sperat posse
bene fieri alias si credit alium iam oblitum: vel per
esse reducere ad memoriam non tenetur: vel si est
mat probabilitate inutile fore. Si productus in testi
te nolluit dicere testimonium vel si accepit pecuniam
ut non testificaretur vel ut false testetur mortale est.

Quicunque circa nonum et decimum preceptum non prohibet
primus motus sensualitatis: qui dicitur primo primo: qui ille est motus naturalis nec mo
tus secundo primus: quia ille consistit in fralim
tes sensualitatis ex corruptione somnis et est venia
le: sed prohibetur consensus voluntatis in opus vel
in delectationem. Ebi nota quod voluntas peccati
di et actus exterior peccati quando sunt coniuncta
et fiunt simul tempore sunt unum peccatum forma
liter licet sint plura materialiter: quia una est ratio
deordinandilicet sint plura deordinata: ut au
tem sunt separata secundum aliud et aliud tempus: sic

Circa ix. et x. preceptum

Circa ix. et x. preceptum sunt diversa peccata formaliter: cum sint diverse as
versiones et conversiones: immo secundum bunt theologiae: cum
uno numero actu exteriori stant multa peccata for
maliter et essentialiter distincta: si statim uno exteriori
actu mutetur voluntas frequenter ad aliquod dispensari
ac cum deliberatione: secundus si mutetur ad aliqua ordinata
ad eundem finem: ut cum sis qui vult fornicari:
cogitat de clausione ostii ne deprehendatur et hu
iustitudi: quod omnia talia opera interiora sunt unius
peccatum ab unitate unius finis virtualiter in omnibus intentiis: aut mens ad disparata mutetur
aut omnino desinat cogitare. Interroga. g. si vol
uit deliberate habere res proximi siue iniuste siue
cum iusticia mortale est: secundus si optaret habere sal
ua iusticiam: quia sic nullum vel veniale peccatum es
set: si voluerit abundare in bonis ut vindictam suis
meret ab aduersariis vel ut haberet facultates pec
candi: si voluerit decipere proximum: si dedit opem ad
inquirendum thesauros auxilio demonis vel modis
illicitis: mortale est.

Nota quod preceptum mortale est omnis actus vel o
missio actus contra precepta naturalis: divine:
seu humane legis: quod tamquam fallit secundum docto
num ex imperfectione actus quod subrepit ex primo
motu sensualitatis et non pergit usque ad consensum
rationis. Secundo ex imperfectione obiecti ut si contra iu
sticiam fiat in aliquo minimo: de quo si contra quem
fit probabiliter presupponitur contemptus vel fals
n. iii

De superbia.

tem deberet esse cōtētus. Tertio ex interuentu dis pensationis. Quarto ex interuentu cause rationabilis excusantis quo ad precepta humana: quēcī q̄z vero sunt cōtra mandata vel cōsilia sui regula riter venialia: nisi in his casibus. Primo si quis statuat ibi sine paratus mortaliter peccare. Secundo si fiat aā sinem qui sit mortale peccatum. Ter tio si interueniat cōtemp̄. Quarto si quis de la lute p̄ximi inde nō curat. Quinto si sit cōsciētia erronea credens esse mortale. Peccatum multipli citer diffinitur: nā secundū Aug. est dictū. factū vel cōcupituz cōtra legē dei: et alibi. Peccatum est frui vtēdis et vti fruēdis: auersio ab incōmutabili bo no et cōuersio ad bonū cōmutabile. et iterū. Peccatum nō est aliud q̄ neglectis reb⁹ eternis iepora lia sectari: sed scđm Ambro. peccatum est p̄uaricatio legis diuine et celestū inobediētia mādator⁹ itē. Peccatum est voluntas retinēdi v̄l cōsequēdi qđ iusticia vetat: secundū alios. Peccatum est mōra am me: vel peccatum est actus deuiās ab ordine debiti finis cōtra regulā nature rationis vel legis diuine.

De superbia:

Superbia est vitium bene practicatū sed male cognitum. Pro eius noticia sciendum q̄ secundū sanctum tho. superbia tripliciter sumit: uno modo pro inclinatione ad superbiendū et hoc modo non est peccatum sed radix omnis peccati. Secundo modo pro actuali elatione contra pacce

De superbia:

C

ptum sive pro inordinato appetitu excelētie in q̄ cunq̄ re: et hoc modo est peccatum generale. Ter tio modo capit pro inordinato appetitu excelle tie cui debetur honor et reverentia: ut in prelatos ne vestibus: dominio: et huiusmodi. Et hoc est spe ciale peccatum: et est inordinatus appetitus excelētie trāsgrediēs regulam sibi a deo p̄fixā. et hoc est quod dicit aug. Superbia est peruerse celſitu dñis appetitus in rebus quibus debetur honor et reverentia. Interroga igitur si propter inordi natū amore excelle tie egit aliqd cōtra p̄cepta Si existimauit habere a se bonū et suis meritis et nō ex diuina misericordia. Si se iactauit de aliquo p̄ceptato. Si desperit notabiliter alios. Si fuit nimis abitiosus. Si appetiuit quamcunq̄ dignitatem temporalem vel spiritualem cum cura vel sine cui rasciens se indignum. Si desiderauit beneficia curata. Si quesuit dignitates per viam illicitam. Si fuit nimis partialis in officijs: omnia sunt mortalia. Si quesuit dignitatē ecclesiasticam princi paliter propter honorem vel bonum temporale: si emit officia.

Pro horum noticia aduerte q̄ scđm phloso phsi in poli. licite appetit principari: qui scit se habere tria. Primo amore ad consistentem politiam. Secundo potētiam maximorū operū principatus. Tertio virtutē et iustitiā. Habēs tam en ista nō debet petere principatum: quia talis peti

De presumptione.

bēt vēdi: si tñ idoneis vēdant nō est̄ illicitū cauto
tñ ne pps hoc paupes nimis exactionibꝫ verent̄.

De presumptione.

Onus presumptio q̄ est filia supbie interrogata
si psumēdo de sua virtute exposuit se peris-
culo mortalitatis peccati. Si nimis plumpsit de dei-
mia: si exerceuit officiū qđ nesciebat in periculū pro-
ximi notabile. Si posuit se ad faciēduꝫ q̄ erat sup-
biā facultatē. Si existimat qđ de eū etiā peccatē
nō excludet a sua gloria: nec puniet cū parui pendat
dignam iusticiā, mortalia sunt oīa de se. **D**uplex
est presumptio: una q̄ homo inordinate existimat
magna de se: q̄ est filia supbie, alia q̄ iudicat circa
alia a se et est tripler. **P**rima est presumptio iuris
tantum, vt quādo ius sup aliquo dubio et verissi-
mili presumit aliquid. **S**ecunda est iuris et de iure
vt quādo ius super aliquo presumit: et vltcriꝫ dis-
ponit ita esse: nec posse contrariū probari. de quibꝫ
vide in glo.ca.is qui.de spon. **T**ertia est presump-
ptio hoīis et tripler. **P**rima violēta et ea pro-
cedi pōt ad cōdēnationem. **S**ecunda est, pbabilis
fatiēs semiplenā pbationē: et aliqñi cū uno teste vel
iuramento facit plenam probationem. de presump-
ca. illud. et talis inducit purgationem canoniam.
depurg. cano.ca. si quis de gradu. Et et hac dicit
angel. licitum est procedere ad credendū malum
qđ videtur: sed ex ea iudicare malūz qđ non videt̄
est mortale; sed cōtra quia qđ videt̄ non iudicat

De superbia.

tio habet speciem mali, s. ambitionis, sed utrum licet
at querere aliquid dādo. **D**e officio spirituali manifestū
est q̄ est simonia. de temporali aut sunt opinione: s.
liqui tenet q̄ licet emere: si duo concurrant. **P**ri-
mo q̄ det publice q̄ dare clandestine reprobatur.
ff. de poli. l.i. et. iij. nec obstat. l. vnica. c. ad. l. iij. de
ambi. q̄ prohibet aliquē promoueri ad officiū pre-
ciovel ambitione. qđ scđ glo. in. l. barbarius. ff. de
off. preto. loquitur q̄iū secrete datur. **S**ecundus cu-
pit pdesse et nō obesse alijs v̄l sibi sine alterius iac-
tura et est idoneus. nec ēque illicitū appetere offi-
ciū ecclesiasticū; sicut dignitatē v̄l beneficiū ecclie
siaſticū; sicut angel. videtur sentire: q̄ ad officium
puta ad sindicatum vel tabelionatū pōt quissimū
re se dignū: cū nō requiratur gra: non aut ad beati
cū cum cura. vnde officia appeti possunt bono si-
ne supposita idoneitate: alijs tenent q̄ nullo modo
licet emere vel aliquid dare pro eo habendo. vnde
hostiē. tenet esse simoniā dare aliquid vt q̄s pro-
moueat̄ in imperatore: regem: rectore: et iuratoꝫ
alicuius ciuitatis; quia iurisdictio est spiritualis. i.
q. iij. ex multis. et. i. q. j. si quis episcopus. et. i. q. iij.
saluator: sed omnia ista nihil probant de officio te-
porali: sed solū loquuntur de ecclesiastica iurisdi-
ctione. vñ cōmunius tenetur opinio panor. in. cap.
primo. ne pla. vi. sua. q̄ nō est simonia dare aliqd
p talibꝫ. alijs dicunt q̄ est turpe lucru: sed secundum
būz tho. ad ducisaz. b; abā. officia publica non de-

De suspitione.

tur ex presumptione sed ex scientia; et sapientes et probabilitibus indicat sine mortali. vñ floreti. in se cūda parte. tit. iii. cap. viii. dicit q̄ quādo quis habet signa probabilia malitie alterius; vt quia est male fame deprehensus pluries in tali virtute sus pectus loquitur cum suspecta loco et tempore sus pecto: non est mortale. Tertia presumptio est leuis et temeraria: que oritur ex leuiibus indicijs: p̄ta et locutione leuium personarū et hec habet mul totos gradus secundū sanctum tho. secunda secunde. q. l. Pr̄imus cū quis ex leuiibus et insufficiētibus signis dubitat de bonitate vel malitia alterius. et hoc est veniale peccatum. Secundus quando procer to malitia creditur et hoc in re notabili est mortale: quia pr̄imus iniuste contēnitur. Tertiū cum p̄ceditur exterius ad sententiadū secundū talia signa: et hoc similiter est mortale. Aduertendū q̄ iudicium tripliciter redditur illicituz. Primo er de fectu auctoritatis in iudice sup̄ reo vel causat: quod dicit iudicium usurpatum et prohibetur de pen. dis. vi. §. fin. et hoc est mortale. Secundo quādo iudet habēs auctoritatem iniuste procedit: amore: odio: vel alia passione. et dicitur iudicium iniustū: et prohibetur. xj. q. iij. quicūqz. et similiter est mortale. Tertio qñ quis ex leuiibus signis et suspitionibus ali quem condēnat: et dicitur iudicium temerariū: qđ prohibetur. iij. q. j. primo.

De curiositate.

De curiositate.

CII

O calia filia superbie que est curiositas sic interroga. Si voluit addiscere vel videre seu audire q̄ sine mortali fieri nō p̄nt ut nec roman tia: fornicationē: et similia. Si adiuenit curiosa in ornamenti. Si voluit addiscere a quibus non des buit vt a demonibus. Si voluit expiri q̄ non licet ut incātationes an habeant effectum. Si attēdes curiosis omisſit addiscere necessaria ad salutē. Si stetit ad audiēdā p̄ctā q̄ alius cōſtebat. predicta oīa de se sunt mortalia. Curiositas est vt dicit su plēmē. sup̄flū studiū ad aliquid peragendū: sed scđm sanctum tho. secunda secunde. q. clvij. est viti um circa inordinatiū cognitionis appetitum. quia licet veritatis cognitione de se bona sit: pōt tñ esse ma la ratione alicuius consequentis. vi. modis. Primo in quātū q̄s inde sup̄bit. Secundo in quātū ea vtitur ad peccatum. Tertio in quantū ea retrahit a studio sibi necessario. Quarto in quātū studet discere a quo nō licet: puta a demone. Quinto in quātū cognitionem creature ad finē debitū non refert. sc̄ cognitionē dei. Sexto in quantum ad hoc studet supra ingenij propijs facultatez. Est autem curiositas mortale. Primo ratione finis vt si ordinetur ad finē q̄ sit mortale peccatum. Secundo si addiscat ab his a quibus prohibetur sub precepto. xxiij. q. j. illud. Tertio si adiscat prohibita: qz similis culpa est discere: sicut docere prohibita. c. de male. et māl. culpa. nisi addiscatur ad ea impugnandum.

De ingratitudine.

gryj. q. v. nec mirū: et idē tenet angel. de quocunq; qd̄ sine mortali exerceri nō pōt: qd̄ verū est si plas ceat mibi pctiss alteri⁹. secus si nolle illō fieri tñro lo videre dñ fit nā durū videt̄ qd̄ sit mortale videre duellū nisi adsit complacētia vel piculū. Quan to qñ cognitū vel visiū est videti piculosum pba bilit̄ de mortali: sicut accidit cōmuniter volētib⁹ vi dere hoies aut bestias coēntes aut mēbra gēitalia alteri⁹ seruū marime: aut videre vñ audire femias in loco sibi piculoso puta i. p̄stibulo: aut velle scire quomō fit aliquod pctiss cuius cogitatio vehemē ter et piculose mouet: aut hies ex aio pugnates vi dере: q̄r inde seq̄tur faciliter cōplacentia de malo alteri⁹. et generalit̄ in offiib⁹ quoz noticia est volēti noscere: piculosa p̄babilit̄ de mortali. Quito curiositas e mortale qñ, ppter eā necessaria q̄ incī biūt omittunt̄: vt si omittit scire necessaria ad suū officiū: vt intēdat poetis venationi agriculture et huiusmodi sicut faciūt multi plati ignorātes. diffi. xxvij. ca. nōne. et ca. vnico. Exto qñ, ppter noti tiam nāciscendam exercet phibita puta superflū ciosa: aut prohibita patitur puta tacit⁹ impudicos. Septimo qñ inde sequit̄ grāne scandalū proximo qui inducit ad detrahēdū aut aliquid tale.

De ingratitudine.

O E ingratitudine q̄ est etiā filia superbie in terroga si d̄spexit beneficia dei: mortale et rel alteri⁹: qd̄ est veniale in leuiibus: sed in magnis

De adulatio.

CIII
beneficijs p̄ quibus ip̄e tenet grās agere est mor tale. Si iniuriat̄ est bene factori similis: si nō retr ibuit. Ingratitudo est vitium nō retribuens beni factori qd̄ debet vel debito legali ad qd̄ redendū inducit iusticia: vel debito morali ad qd̄ iducit hō nestas virtutis. Sumēdo igratitudinem mātes rialiter est circūstantia generalis ambiens omnē pctiss: qz in quolibet pctio agitur cōtra dñū benefi ctores: sed sumēdo illā formalis prout actualiter be neficiū cōtenit vel nō appreciat̄: aut non recog noscitur sicest speciale peccatū. duplicit̄ aut̄ dici tur q̄s ingratus. Primo p̄ omissionē vt nō retr ibuedo: nō regratiado. Secundo p̄ comiſſione agēdo strariū. Primo modo est mortale: si omittat qd̄ erat necessario faciendū: vel simplicif vel in casu: vel ratione interioris contēptus. Secundo modo est mortale si fiat aliquid qd̄ erat necessario omis tendū vel ratione contēptus: alias est veniale: nec excusat̄ quis ab ingratitudinis vitio ex impotē tia: qz ad debiti⁹ gratitudinis reddēdū: magis at tēdit volūtas q̄ op̄. vñ Senec. beneficiū nō in eo qd̄ fit aut dāt̄ consistit: s̄ magis in dantis animo.

De adulatio.

A Lia filia superbie est adulatio: circa quaz in terroga. Si adulatus fuit alicui de peccato perpetrato: si adulādo prouocauit aliquē ad mortale mortale est. Et sicut laudare aliquē cū debitis circumstantijs putane deficiat in aduersis vel

De irrisione.

ut magis proficiat in bono : pertinet ad virtutem
affabilitatis: ita laudare in his q̄ non sunt laudan-
da: vel quādō p̄babilit̄ timetur q̄ laudatus in-
niter eleuetur. pertinet ad adulatioñem que est et
cessus delectandi alios verbis laudis aut factis.
Similiter velle placere hominib⁹, ppter chari-
tate nutriēdam ⁊ vt in eis homo proficere possit
sanctū est vñ aplūs : p̄ omnia oībus placeo. **E**sse
vero peccatu⁹ si fieret in malis: vel ppter inanę glo-
riam aut lucrum de his ps. deus dissipat ossa eoī
qui hominib⁹ placent. **E**xcedit aut̄ quis in laudan-
do. iiii. modis: vel laudādo bonū quod nō haberet
vel augendo bonū quod habet plusq̄ habet. **L**e-
tio laudādo in aluz. **Q**uarto minuēdo malū: vt i-
cendo peccatu⁹ non esse ita graue sicut est: est vero
mortale peccatu⁹. **P**rimo ratione materie vt si lau-
dat peccatum mortale quia facit cōtra charitatem
dei ⁊ proximi q̄ue in pcāto fouet. **S**ecundo rōne
rētiōis vt si adulat̄ vt noceat sp̄nali⁹ vel corporali⁹.
Tertio ppter occasione sicut cū la⁹ alteri est occasio
peccādi etiā p̄f adulatořis intētionē: tūc cōside-
rādū an occasio sit data v̄l accepta: ⁊ q̄lis ruina et
hoc seq̄tur venialis an mortalis: ⁊ scđz hoc iudicā-
dū est: si aut̄ q̄s ex sola auiditate dlectādī: vel ad vi-
tādū malū aut aliqd̄ d̄sequēdū fuerit adulat̄ veni-

De irrisione.

cale est.
Orcia alia filia superbie q̄ est irrisio: interrogā-
si derisit deū: facta scđoz: sacra ecclie: parens:

De irrisione.

CIII

tes vel prelatos aut iustos ⁊ volentes seruire deo:
mortale est sup re notabili. **D**eriso est cum quis
defectū alicuius in risum ⁊ luduz ponit vt erubescat: ⁊ est speciale peccati⁹ habens specialem finem
⁊ obiectum: quia sicut in conuictio intēditur hono-
ris detrimentum: in detractione fame ⁊ amicitie in
susurratioñe: ita hic intenditur erubescientia. **E**st autem mortale quādō graue malū estimatur ita le-
ueratione persone quā vilipēdimus: vt de eo non
sit curandum: sed quasi pro ludibrio habēdū. **S**i autem hoc fiat quia malum est parū: secunduz se
est veniale. **S**ecundo est mortale quando proxim⁹
notabiliter perturbat̄ etiā si sit leue in quo irride-
tur: quia sc̄iēter ⁊ notabiliter spernere ⁊ perturba-
re: proximū sine causa ex sola levitate est cōtra cha-
ritatē. **T**entare deū pertinet ad supbia⁹ ⁊ est
mortale quādō quis habens via humana quod fa-
ciat cōmittit se sine ratione periculo experies vtrū
a deo possit liberari: si autem hoc fiat cū subest iu-
sta necessitas nō est peccatum. **T**ertinacia filia
est superbie ⁊ est mortale. **P**rimo ratione scanda-
ligrauis si ex ea sequatur. **S**ecundo ratione voli-
ti: vt cum quis pertinaciter non vult obedire supe-
riori vbi tenet̄ in re notabili. **T**ertio ratione credi-
ti: vt quia credit contra determinationem eoī qui
bus tenetur credere: puta ecclie vel scripture. **D**r
aut̄ ptinax quasi omnino tenax: q̄: in suo proposi-
to quasi ad victoriam p̄seuerat plusq̄ oporteat et

De vanagloria.

opponitur pseuerantie; qz pseueras stat quantum oportet: pertinax plusqz oportet: mollis minz qz oportet. **G** Arrogatia supbia qdā ē qua quis nullū se existimās: ceteros despicit: quibz nō cōsulēdo sed dominādo vir dignat loqui z est mortale quā do in magno excessu fitz protim⁹ notabilit̄ cōtem tur. dis. xlvi. ca. i. arrogantes dicuntur qui garnis litatem auctoritatem putantes: humiliter nesciunt inferre quod docent. disti. xlvi. ca. hinc etenim hēc arrogantia rusticorum nibil in prudentius. **G** Elana glia precipua ē infilias superbie: circa quam interroga: si voluit laudari in his q̄ sunt cōtra deū. Si cōstituit finem in laude hominū mortale est his duob⁹ modis. Mota q̄ vanagloria ad opa nra aliqñ se hēt vt dñs: vt cū qs p̄cipalitero perat virtuose vt laudetur ab hoībus: aliqñ visio cia sicut cū qs ppter deum bene opatur z tū cum hoc vult inaniter videri z laudari z tūc est veniale: aliqñdo habet se vt serua: vt cū qs appetit laudari z sanctus hēri vt plus pficiat: z hoc nō est peccati s̄ magna caritas. vñ Grego. sancti viri laudari appetunt vt reuerenter audiantur: reuerenter audiū cupiunt vt maiorem fructum faciat.

In obediētia filia est superbie. interroga igi tur si fuit inobedientia ecclesie et prelatis eius vel dominiis suis: cōmūter est mortale. pro cui⁹ in tellectu adiuerte q̄ inobedientia cōsistit in duob⁹. s. in omittēdo quo ad precepta vel mādata affirma

De inobedientia.

CV

tūa q̄ imperant opus: z in agēdo quo ad negatiua q̄ opus vetant: sicut obedientia cuius prīmatio est inobedientia ecōtra cōsistit in faciēdo quo ad affirmatiua: z omittendo quo ad negatiua. Sed cōtra leproso mādato p̄cepit christ⁹ ne cui diceret. q̄ tū egressus diffamauit fermonez vt habeat mar. p. et nullus dicit ipm pecasse. g. nō oīs inobedientia est pctiū. Dicendū q̄ dupler est p̄ceptū. s. obli gationis qđ vult dñs obseruari vt precepta decalo gi. aliud instructionis p̄ quod nō vult dñs fieri qđ in eo p̄cipit: sed quod per ipm significat vt in proposito ubi significauit nō debet diuulgare, ppter inanē gliaz. **E**ria. n. occultare debemus. i. mala q̄ fecimus ne proximos inficiam⁹. in cuius figuram precepit deus de tero. xxiiij. ad req̄sita nature egredieris extra castra: gerēs parillū in baltheo: et ster cus opies humo: vt sint castra tua stāet nihil feditatis in eis appareat. ij. occultare debemus mala primorum nisi p̄ bono ipsorū vel cōmunitatis. iiij. bona opa nra nisi vt paulo ante dictū est. **N**ostandum q̄ dupler est inobedientia: vna specialis q̄ est contēpus precepti: de quo statim diceſt z ista semper est mortale. alia generalis: q̄ est omnis reces sus ap̄cepto vel mādato: q̄ cōtingit multipliciter autenī est cōtra consiliū z tūc si cōsiliū sit pfectio nis vt illud. vade vēde omnia q̄ habes. nō est peccatiū. Si vero sit consiliū reuerētie qđ dicit p̄prie mandatū: vt q̄s subdit⁹ deberet facere sed p̄lat⁹

De inobedientia:

non vult precepere, ut est illud veritatē loquimini; sic
est veniale: aut ē cōtra p̄ceptū t̄ hoc duplicit. Ibi
aut est cōtra p̄cepta iuris diuinī vel nature: aut cō
tra p̄cepta iuris humani. primo modo semp̄ ei
mortale si est sc̄iēter vel ex ignorantia nō excusant̄
te dis. xxxiiij. q̄. porro. t̄ dis. lxxij. s̄iqui. vbi dic̄ id
latria. Si vobis sit ex ignorantia excusat̄ nō ē mortale.
Pero quo nota querit ignorantia aliquid facies qđ
nō est cōtra legē dei vel nature credens illud
nulla lege fore prohibitū: cuž sit prohibitū. si talis ig
norātia non est affectata nec crassa: puta qđ laborat
p̄ virib⁹ scire necessaria sibi: vt si est mulier: rusti
cus vel mercator: t̄ h̄mioi: libēter vadit ad predica
tionē t̄ alia loca vbi talia declarāt̄ur t̄ facit qđ cō
municiter faciūt̄ alijs de sua q̄litate. si est religiosus li
bēter studet t̄ interrogat talis excusat̄ ab omni pe
narietā et cōmunicationis. ca. fin. q̄. mat. accu. po
et. ca. cognoscētes. de cōsti. vbi d̄terminat̄ qđ vols
p̄bare sua ignorantiam audiēdus est. sc̄iēt̄ h̄mioi
quoli. ait. qđ ignorās cōstitutionē sumi p̄tificis et
cusat̄ agens cōtra illā: si habuit sufficiēs impedi
mentū. Jura vero qđ innuūt̄ contrariū fundat̄ se su
per p̄sumptiōe: fallit hoc in prelatis: officialibus:
medicis t̄ h̄mioi artificibus qui h̄nt̄ exercere alq̄
ex quibus notabile danū proximo possit ex igno
rantia inferri: quia talia officia non debent assu
mere: nisi ad illa sint plene instructi: alias impu
tur illis. Si autē ignorantia est affectata crassa vel

De inobedientia.

C VI

supina: non evitāt̄ pena quia in dolo est: puta qđ
nēcīt̄ quod sciunt̄ cōmuniciter h̄mioi sue cōditionis
vt qđ illud predicit̄: sed ipse no audit̄ sermones
cū posset cōmode. ca. vt animarum de consti. li. vij.
Si vero id quod facit ex ignorantia est contra legē
gem dei vel nature: distinguo quia aut est de his
qđ quilibet scire tenetur: t̄ sic nullus excusat̄: quia
faciens quod in se est ad sciendū semper scit etiā
si oportet de eis reuelare. Si vero est de alijs ite
rūz distinguo: quia aut expressūz est in eis t̄ sic ig
norātia nō excusat̄ a mortali. decima secta. q. prima
si cupis. quia talia quilibet scit cum sint de natura
li instinctu nisi sit lata negligentia: vel saltem dubi
tat: t̄ inquirere tenetur ante factum: nec a pena ei
debita iure positivo: si vero non est explicitum s̄z
reducibile maxime cum subtilitate: nūc excusat̄ a
culpa t̄ a pena ignorans nō affectata nec crassa: du
rūz enī est mortaliter peccare admittentē cōtractū
illicitum ignoranter propter rei subtilitatem credē
tem fore licitum. decima quinta. q. prima. incrito.
et. ca. fin. distin. xxxvij. secus si dubitarent.

Si inobedientia est cōtraprecepta iuris positi
poz̄a nō fuit receptū sciēte supiore t̄ transgressores
non puniente sic nō est mortale. dis. iiiij. q. leges. si
autem maio: pars acceptass̄t minor nō excusat̄
tur faciēs contraria: si supior: nō puniret: sed locū
haberet illud multa per pacientiam tollerant̄. t̄c.

De inobedientia.

de prebē. iā dudū. idem si talis lex fuit recepta: sī p̄ consuetudinē obrogata. Si vero lex nō est repudiata nec abrogata: tunc diuersa opinio est in docto. multi tenet q̄ talis inobedientia nō est mortale nisi sit ex cōtemptu: quā opinionē angel. alii bit b̄tō bern. li. xj. de dispesatione: sed vere bern. ibi nō loquitur de inobedientia precepto: sū: sed mandatorum vt patet intuenti. Alij dicuntq; est solum mortale rōne contēptus vel cōsuetudinis quesit quidā interptatus cōtemp⁹. Huius opinione est angel. sed cōtra q; se q̄retur q̄ cōtrahes sciēti in gradu. phibito ab ecclēsia nō ex cōtemp⁹ sed ex voluptate: nō peccaret mortaliter: quod est absurdū: cum sit iure ercōmunicatus. Alij dicunt ibi esse mortale qñ sit scienter cōtra preceptum: sī q̄ frustratur intētio precipientis puta si fiat sine causa rationabili vera vel estimata: ita q̄ non est mortale non obedire. Primo ex ignorantia nō sit crassa vel affectata. Secundo agēdo preter aut cōtra verba legis seruādo intētione legis latoris ita q̄ probabiliter credi pot̄ q̄ si adess̄ legislatorū nō yellet obligare. Nec tertio agēdo etiā contrintētione et veritatē: nō aut secundū estimationem nō obediētis nisi laboraret predicta ignoratiā. Ista est vera mēs sancti tho. in. iiiij. dis. xv. et secundū secunde. q. cxlvij. loquens de ieiunio cōmuni ser doctorum pro qua facit. cap. ij. de maio. et obe. a. xiiij. q. prima quod precipit.

De inobedientia.

C VII

Quintus legis dupliciter dicitur: vno in modo proprie et positivē et sic est voluntas transgrediēdi legē: ex hac sola causa q̄ nō vult subici legē: nec obedire preceptū: et est mortale grauissimum eūz sit formaliter superbia. Alio modo dicitur contēptus improprie et negatiue et sic est voluntas trasgrediēdi legē vel preceptū ex aliqua alia causa putata exira cōcupiscentia et huiusmodi: quomodo omnis peccator cōtēnit legem dei et dicitur contēptus interpretat⁹: q̄ interpretamur illuz contēnere qui nō facit quod iubetur: vel facit quod prohibetur. Iactatia est qñ quis effert se sup id qđ in eo ē vel homines inesse opinant et est mortale peccatum. Primo qñ est cōtra glāz dei: sicut cirus dixit de⁹ ego sum et multi iactant se de peccatis. Secundo qñ est cōtra charitatē: priuī puta si se iactat in virtute perīnotabile aliorū. Tertio qñ pcedit ex quocū qz fine mortali. Si fecit contra conscientiaz in his quod dictabat esse mortalia. Si simulauit sanctitatem in deceptionez aliorū et ut obtineret prelatiōes mortalia sunt. De discordia q̄ est mortale qñ ex supbia q̄s discordat vel nō vult cōcordari alijs in his que sunt bona. primo. vii mortaliter peccat consiliarij disidentes a bono cōmuni scienter et mortaliter propter suam elationem. Sicut dissordia importat cōtrarietatē in voluntate quo ad intentionem: ita contentio in locutione: est autem mortale tripliciter. Primo qñ est contra veritatem. iiij.

te deo honorificā; vel vtile prōrūmo ut in spectaculis
bus ad fidē t̄ mores vel vtiles doctrinas putame
dicimā. Secundo qñ est cū modo excessiū indebito; vel magno scandalō ut quādo internenissimū com
melie; t̄ maxime inter religiosos. Tertio quando
disputat̄ de materia phibita ut de p̄minentibus ad
fidem corā simplicibus; alias disputare cūz mode
rāmine t̄ reuerētia ad exercitū laudabile est; qđ sic
raro fit. si quis vero defendat veritātē cūm modo
aliquāliter indebito veniale est; si cōtēdit in iudic
cio cōtra iusticiam mortale est.

Quæcā avaritiam q̄ consitit in tribus. s. in ap
petendo in acquirendo; in retinēdo in ordina
te diuitias; sic interroga. Si appetit deliberae
alienū modo illico; mortale est nisi alienum esca
res modica. Si appetit aliquod sibi illico; p̄na
beneficiū curatū; vel quodcūq̄ officiū cū sit indig
nus. Si ita inordinate appetit diuitias q̄ est para
tus cōmittere aliquid cōtra charitatē dei t̄ primi
p̄ acquirendis diuitijs; vt deierare aut p̄cutere p̄di
ctis trib⁹ modis avaricia in appetēdo est mortale.
Si fraudauit aliquē; si vēdit rē malā pro bonari
vinū liphathū; p̄ puro corrupta pro sanis; mortale
est sup̄ renotabili. si fraudauit gabelas deq̄ vide
sup̄. si falsificauit aliquā scripturā occultauit vel d
strurit in dānuz; primi. si falsificauit sigilla; mē
ras vel monetam si obtinuit aliquod officiū et fal
sa causa; mortalia sunt.

Alaritia vero inacquirēdo similis est morta
le duplicitē. Primo qñ acquisitio fit per ini
usticiā ut furando; fenerando et decipiēdo. Se
cundo qñ fit per actus illicitos ut fornicans cū di
uite ut inde ditetur; qđ est vñū peccatiū; sed habet
duas deformitates; avaricia vero in retinēdo est
mortale tripliciter. Primo cūz retinet que resti
tuere tenetur t̄ potest; t̄ totiens quotiens dliberat
retinere mortaliter peccat. d̄ resti. spo. ca. sepe. imo
t̄ si non dliberat sed omittit restituere qñ occurrit
temp⁹ locus t̄ casus in quo restituere tenetur. Se
cundo qñ retinet q̄ sunt superflua necessitati sue t̄ suo
ruz vides aliquē i extrema necessitate; qz tenet illi
d̄ tali superfluo; etiā si illō sit necessariū ad dcentiā sui
status. Tertio scđz aliquos qñ retinet superflua sue
necessitati t̄ suo; quo ad dcentiā status; t̄ videta
lios egētes ad decentiā status qz de ipſis tenet fa
cere elemosynas etiā nō existētibus in extrema ne
cessitate scđn ricard. in. iiiij. dis. xv. qđ est verū scđz
silues; qñ retinet alias nō daturus; secus si retineat
vt det magis indigēti vel vt det pluribus t̄ nō to
tūvni. **S**i nō fecit elemosynā d̄ arte sua puta me
dic⁹ paup̄i si firmo; aduocat⁹ cliētulo paup̄i morta
le ē si inde sequat̄ impotēti notabile dānuz; puta si
pter defectū aduocati p̄dit iusticiā; qz quotiens
est in magna necessitate primus tenemurei subue
nire ex precepto charitatis; si nō appetet quomodo
aliter ei subueniri possit; t̄ licet paup̄i possit p
o iiiij

De acquisitis perludum.

aliū subueniri; si tamē ei nō subuenitur: nullusq; subuenire potens excusat^r. dis. lxxvij. pase. nisi in casu quo oporteret aduocatū rōne sue paupratis pro se lucrari: et cū hoc nō posset inservire pauprī: peccat etiā mortaliter index sciens tales impo tētiam: si nō prudet de aduocato p̄cipiēdo aliqui vt p eo aduocet: sicut de iure pōt: parisorumq; dicto medico. de elemosyna infra dicetur.

Si acquisiuit aliq; illicite puta p ludum. p o cuiusnoticia nota q acquirens aliquid per ludum peccat mortaliter et tenetur restituere in his casibus. Primo si lucrat^r est nō valentia alienare vt sunt serui: religiosi: vxor: filij non emancipati nisi habeat peculiu^r castrense vel q̄li et clericū quo ad bona ecclesiastica q pauperum sunt. xvij. q. pa ma. q̄ii. minores. xxv. āno. et q sunt sub tutorib; q his lucrat^r tenet restituere gerentibus curācom et nō ipis: nisi sit quid modicum de quo presumit qd curator nō curat. Secundo q̄i lucrat^r fronde vt si fingit se in scūm ludi vel p falsas cartas. Et tio q̄i traxit p vīni aut nīmā importunitatē sine principio sine in medio alias nō lusurū. arg. xiiiij. q. v. non sane. q autē lucrat^r ei q pōt alienare sine fraude et attractu. vtrū restituere teneatur: vbi nō viuit legib; impialibus: aut si viuitur sunt abrogati ipsē et statuta municipalia si qua sunt p contraria cōsuetudinē. Dicendū q̄ no. Tū lucrū erogā cū est paupibus nō de necessitate sed d cōsilio: ne

De acquisitis p ludū.

CIX

pateat via ludis: et generaliter versū est q q̄i restitutio nō est facienda certe psonē sed paupibus: talis restitutio est de cōsilio: nisi q̄i res hēt dominū s̄ignotū vel in remotis: q̄i tūc necessario est dāda paupib; vel ad alios pios v̄sus pro salute eius. Et nota q̄ leges nō mandant restitutioē: sed coherēdit repetitionē vsq; ad q̄nq̄gita āos. l. fin. c. d alea. Est autē triplex ludū quidā in mētē industrie et hic exlicit: qdāz principalis in mētē fortune et dicit̄ alearis: et oīs talis de iure ē prohibit̄ et est turpis. s̄. de alea. p totū: nisi q̄i luditur cā recreationis vel cōmūj aliqd modicū respectu psonē ludētis: qd facilis donaret. q̄i hoc pmittit. s̄. de alea. l. qd in cōmūj. q̄i tūc cessat ratio prohibitionis hūmūludit: q̄ est multitudine malorū inde sequentium. Alij ludūs est mictus et fortuna et ingenio: vt ludus tabularū cuī tarillis: q̄i respectu tarillorū viget fortuna: ingenij vero respectu ducēdāz tabularū et idē de chartis. et sili est prohibitus. c. de alea. in cōstitutione greca: et dis. xxv. ca. pri. et generaliter oīs ludū inq fortuna principalis victoriā parati: est prohibitus. Q̄i aliqui cōtendēt super aliquo puta vñ dicit: talis hō est mortu^r: alter hoc negat deponunt aureū vel aliud simile lucrādū a veridico et a falso dico soluēdū: nō est proprie ludū fortune sī aliquos sed est cōtract^r immominat^r. s. do ut facias sine si feceris: q̄i ad facēt reducit̄ diceſ: siues. post floreti tenet hoc lucrū ēē turpe et illicitum ex

De gabelis.

guaricia descendēs et nulli utilitati sed vanitati et p
digalitatē deseruit nō tñ tenetur de necessitate re
stituere sed paupibꝫ erogabit magis ex cōsilio q
ex precepto. arg. viiiij. q. v. nō sane et cap. qui hētis.
et quāuis talis ludus sit disuadēdūs; nō tñ videt
dānandꝫ ad mortale sic ludēs; qz p̄cipaliꝫ cōfidit
se īgēio cōiectando q̄ fortune. idē dic de aſſecura
tione mercū q̄ mittunt ad remotas regiones.

Graudantes iustas gabelas sed in docto. in
ca. inouamꝫ de cēſi. tenent ad restitutionem
etiā si ille q̄ recipit non facit id. p̄ quo p̄fumis q̄
ſint cōcēſſe; dñi tñ nō cōſtet q̄. ppter illō fuerit ipo
ſite: ad penam aut̄ nō tenent niſi iudicialeſ ſint con
dēnat. Utrū aut̄ peccēt. henrīcꝫ de gā. diſtiguit.
nā in ſtatuto aliqñ ſunt duo p̄cepta: viii. ſ. obligas
ad culpm̄ et aliud ad penā. vt cū dicit̄. ſtatuumis
ne quis faciat tale qđ: et q̄ fecerit ſoluat tale penā;
aliqñ vero eſt viii ſolū obligans ad penā: vt cū di
cit̄ ſtatuumꝫ yt q̄ fecerit tale ſoluat tale penā. huic
fundamēto inixus angel. tenet nō eſſe peccatiſ fraudare
gabelas vbi exactores nō laborant p̄o com
muni utilitate viarū pōtiuꝫ: rez et pſonariū p̄olo
co et tpe iūta ſuum poſſe etiā si nō cōſtet gabelas
ad hoc eſſe ordinatas: iūmo qñ predicti laborat p̄o
loco et tpe etiā dicit nō eſſe mortale eas fraudare;
quia cōmuniter ſic iſtituuntur. ſtatuumꝫ q̄ gli
ber ſoluat talem gabelā: ſub pena cadendi in com
miffum; ſi aliter fuerit iūuentus unde tale ſtatuumꝫ

Deluxuria.

CX
non obligat ad mortale non obſtantē: q̄ emptores
gabellariū dānificantur; qz ſub iſta cōditione emūt
ut vigilent alias ſibi imputet̄. filues. oppoſitū te
net. et q̄ omne ſtatutū ſuperioris ligās ad penam
ligat ad culpā: maxime quia lex cūmiliſ ſecundum
ſanctū tho. ligat etiā in foro cōſciētie. Sed cū obli
gatio ſtatutū depēdeat a volūtate ſtatuentis; videt̄
q̄ quādo nō vtitur verbo preceptuō: nec impoñit
cōtra venienti penam mortis seu mūrlationis vel
alīa grauē penaz q̄ non intendit obligare ad cul
pā ſi ad ſolā penaz: qz tñ gabele ſolutio eſt de iure
nature ad ſuſtētationeꝫ p̄incipū et boni cōmuniſ:
videtur q̄ ſubripiēs eas quātuſ ad aliquid nota
bile committat furtū et teneatur restituere. ſi quis
tamē vellet ſuſtētare opinionē angelī: poſſet dicere
q̄ qñ p̄iceps hēt alias vii ſuſtentet̄: vel ponit mul
tas exaciōes alias ſubditis et ſine magna neceſſi
tade q̄ tūc excuſant̄ a p̄ctō eas fraudat̄e vide ſup̄.

Oīra luxuriā interroga ſicut hēs i. vi. p̄cepſ
ſa. Et nota q̄ cogitatio morofa nō dī morofa
ſa a mora tēporis: qz pōt eſſe repente ſed a mora
quā circa volūptate ratio facit: dñi eam nō repellit
ſed acceptat qđ pōt eſſe in instanti tēporis diſcre
tia et peccatiſ mortale talis cogitatio. P̄ero cu
ius intellectu ſcito q̄ qñ quis delectatur in cogita
tione aut delectatio eſt de eo quod non eſt morta
le et ſic quantuſq̄ in eam cōſentiat non peccat̄
mortaliter: puta vidua cogitat deactu coniugis

De gula.

li quem habuit cum marito; licet delectetur in dilectione cogitationis ut preterita non ut presentia non est mortale; nisi imineat sibi periculum pollutionis; quod tunc si aduertit peccat mortaliter non repellendo. Si vero est de eo quod est mortale ex generatione suo ut fornicari; tunc si placet dlectatio et operis consumatio si facultas adesset est mortale peccatum; aut placet dlectatio et displicet opis consumatio; et simili est mortale aut neutrum placet et sic non est mortale.
Gella est appetitus inordinatus edendi et bibendi; quod est mortale. Primo quoniam homo inheret delectationi gule tanquam in parata agere contra dei precepta propter illam ut quoniam fragilis ieiunium eccliesie vel ex voto. Secundo quoniam comedit scienter in granis corporis documentis. Tertio secundum siluel. quoniam scieret ex voluptate comeditur usque ad vomitum sine causa; aut bibitur usque ad ebrietatem; primus mihi est dubium cum pro illis non fiat contra charitatem nisi sit excessus. Quarto ratione finis. scilicet ad luxuriam. Quito dico quis in alio scient est causa predicatorum. Alijs modis gula communiter est veniale. Pro quo aduerte quod non omnis gula sicut nec omnis superbia est mortalis; aliquando est veniale; ut cum sit sine deliberatione vel exceditur in modico et idem de alijs; et potius dicunt ista septem vitia capitalia; quod ex eis alia viae orum est mortalitatem; quoniam semper sunt mortalia; et ad uerte quod si vomitus necessarius ad sanitatem non potest procurari alio modo quam per ebrietatem; cauto quod nullus

De gula.

CXI

periculum sequatur non erit mortale talis ebrietas; ut immixtus sanctus thos. secunda secunda. q. cl. **A**sciendum quoniam fractio ieiunij est mortale; ipsa ciencia est hec maxima: que est omnium docto. Quilibet donec conservare vitam et robur ade ea quoniam incubunt sibi necessario facienda; pro vita officio vel societate coniuncti; et ad alia quoniam facere potest meliora ieiunio. Dicit in proposito necessarium; quoniam alias contingit notabile dampnum vel incommodum; ex quo sequitur quod laborates quoniam non possunt cum labore ieiunare excusant. Similiter pauperes quoniam sufficienter cibum pro una refecionem non habent et alii qui nec possunt parare nec habent parentes necessaria ad ieiunium; similiter pregnantes; lactantes; infirmi; debiles. quoniam si cibum necessarium una vice sumerent obesseret. Similiter uxores contradictionibus viris; quoniam inter ipsas et maritos ostretur scandali puta verbata; blasphemie et odia; tunc ex licentia confessoris poterunt frangere. arg. distin. l. vt constitueretur in fine; quia preceptum iuris positivi non obligat aliquem cum scandalo. ut in. ca. secundo de no. ope. nunc. et. ca. nibilde prescrip. Similiter excusantur predicantes ex obedientia quando cu[m] ieiunio non possunt predicare. Similiter qui non a tigeri. xxi. annum tenentur ad aliqua ieiunia non ad omnia. Genes autem non excusantur nisi sint infirmi vel debiles. Et in omnibus dubiis circa predicta standum est arbitrio boni viri. **T**hose debita ad prandium est hora nona completa se

De inuidia.

cundum sanctum tho. que est hora tertia post meridiem: sed consuetudo ecclesie habet qm in principio non puta in meridie secunduz grossam estimationem nō pūtualiter comedatur. Præuenire autem notabiliter hanc horam ex causa rationabili secundum docto. non est peccatum. sine causa autem angel. dicit esse veniale sed cōmunius tenet qm sit mortale si fiat p notabile spaciū. Secundū hostiē. cui cōceditur vsus ouorū et casei concessus intellegitur usus sagininis et lardi. argu. distin. ltrij. ca. presbyter. et ibi glo. et panor. idem in ca. consiluit dī iude. qr mutado formā videtur rei substāta mutata. Scdm florēti. bucela panis sumpta in collatione: frangit ieūniū. sed secundū filues. panis et quilibet aliis cibis pōt accipi. p collatione dī statim sumatur in parva quātitate: et p modū medici nene potus lauet stomachum: presertim ubi est consuetudo. Qui nō egret serotina collatiōne puta quia nō sicut fūi abulē. peccat si facit. sed verius tenet alij nullū eē peccatum: quia quāuis facere collatiōnē sit introductū rōne potus: post qm tñ iā est introducta talis cōsuetudo: licite sumi poterit id qd pp ter potū a principio sumebatur. presertim qr contine tido qm hēt ea qm sunt de iure positivo interpretari: sic habet vide infra.

Tridia est tristitia de alieno bono inquam/ tū inferre creditur proprie glorie maculam. et mortale qm tristatur cuz deliberatione de bo-

De inuidia.

CXII
no alterius vel letatur de eius malo. Primi tamē motus ei⁹ sunt veniale: rōne impfectionis actus vel ratioē indeliberationis: vel qz bonū de quo dolet est minimū: vel malū sup quo letat̄ est leue. tristatur autē hō de bono alieno. iiiij. modis. Secundo qz indetinet sibi vel alijs bonis maluz: et si illud malum sit iniustum nō est inuidia nec peccat: sicut ero. xv. letatus est israel de subuersione egyptiorū. Secundo ex hoc q nobis illū bonuz deest: qd dī zelus et laudabilis circa honesta: vii. j. cori. iiiij. emulamini carissimata meliora. Si vero sit circatē poralia potest esse cum peccato et sine eo: eo modo quo et appetit⁹ tpaliū. Tertio inquātu⁹ ille cui accidit bonū est eo indignus: quod circa honesta es senō potest: sed circa temporalia q dignis et indig nis eveniunt: que tristitia secundum philosophuz vocat nemesis et pertinet ad bonos mores. Sed secundum filues. ista tristitia semper est reprehensibilis: quia bona temporalia ex iusta dei dispositio ne. pueniunt vñ. ps. nollī emulari. zc. Sed dici pōt qm̄o laudabiliter tristat̄ quis de hoc: qr malia/ butun̄ his bonis et eis impugnat̄ bonos et huius modi. Quarto tristatur qs de bono alterius inquantum illud est pprie glie diminutiū: et hoc est pro pie inuidere. **I**Accidia est torpor mentis bona inchoare negligētis et tristitia de bono spiritua li. Est autem speciale peccatum nō inquantum est tristitia de bono spirituali cōmuniter: quia hoc pertiz-

De accidia.

net ad omne vitium: nec inquietum fugit bonum ut est habitoriosum et impeditum delectationis corporalis quod hoc spectat ad vitia carnalia: sed inquietum est spirituali bono divino. scilicet de quo charitas quae est specialis virtus letat: est autem mortale. Primum quoniam inducit ad mortale omissionem: quod tripliciter contingit. primo cum quis horret et omittit bona ad quae tenetur. secundo cum dolet se fecisse seu non omisisse talia bona quae fecit. tertio cum proponit in futurum omittere. Secundo cum inducit ad mortalem commissione. puta desperationem salutis ac contemptum beneficiorum dei. quod si nollet esse natus vel nollet quod est celum vellet non mori et perpetuo hic esse: aut vellet esse bestia. Tertio est mortale quoniam homo per acciditam inducitur ad corporis graue infirmitatem. Quarto est mortale quoniam inducit ad contemptum eorum quae dei sunt: hoc virtutum si transcedat terminos sensualitatis attigens vel quod ad consensum rationis mortale est: quod scilicet rationem contrariae charitatis cuius per prius effectus est gaudium deo: accidia vero est tristitia de bono spirituali in quantum divinum est: esset autem veniale si solus esset in motu sensuali: vel si sit de bono spirituali ad quod non tenet vel si in opando parum attrediat. Tria est accessio sanguinis circa cor: perpter appetitum vidicte: et supposita deliberatione et notabilitate vidicte est mortale peccatum. Primum quoniam appetit puniri eum qui non meruit. Secundo si plus quam meruit. Tertio si ab eo quod de iure non potest

De preceptis ecclesie.

CXII

se vel ab alia persona privata. Quarto si hoc appetat perpter malum finem. Quinto si ex feruore ire blasphemet deum vel maledicat proximum vel non occurrit in necessitate vel faciat aliud contra charitatem dei et proximi pro quo nota est.

Maledictio proprie est imprecatio et optatio mali sub ratione mali et est mortale dupliciter. Primum quoniam malum optat quod alteri notabile. Se cuicunque optat ex animo vni si mali notabile ipse ceterus quod alteri non ex animo non erit mortale: sicut cum matrem dicit filio mala mors eveniat tibi: vel de morte te accipiat: et sicut si illud malum sit leue quoniam vero quod alterius imprecat vel optat malum non sub ratione mali sed boni iusti ut quod fur suspedit: vel sub ratione boni utilis ut alijs non noceat et ut ipse melior fiat: non est propriamaledictio nec peccatum sed meritum si fiat cum debitis circumstantiis: siue fiat maledictio enunciata in narrando mala alterius siue impatiens in bendo ut alius fiat malum: siue optatiue optando.

Nota quod secundum sanctum thomam peccatum mortale non committitur nisi quoniam interuenit magna contemperatio dei: vel grauis lesio proximi: seu gravis corruptio suis et conscientie et voluntarie et liberata ratione.

Recepta ecclesie sunt. vii. Primum est de cerebratione festorum de quo habet in. iii. precepto. Secundus de auditione missae ibi. Tertius de ieiunio de hoc supragula. Quartus de confessione semel in anno. Quintus de communione ad quam tenentur fideles

De decimis.

posq; ad annos discretionis venerint. vñ sedz palu-
pueri. it. annoz tenent cōmunicare et inoccētia sup-
plet; siqd deest. Secundz bñz Tho. i. iiiij. dñs. xij. tenet
tur cōicare circa. xj. vel. xij. annis. Et q; in pascatenō
cōmūnicavit inducēd; e; vt suppleat post pascha. nō
tñ tenet ad hoc sicut nec q; fregit ieiunii tenet sup-
plerie ieiunii. vñ posset cōicari a religioso ordinis
mēdicatiū sine licētia curati. Tertii pceptū ē des-
cimis. Septimiū de vitādis ex cōicatis; de q; ista.

Obiliū pars decima dei ministris data; diuinā
stitutione debita. ē aut̄ triplex. Primum p̄dialis dñs; eoꝝ q; proueniūt et p̄dijs vt viñū; oleum; frus-
ctus arborū; farrago; et hñzoi. Secunda dñs psonalis
eoꝝ q; proueniūt et ope psonali. vt ex miceratione ar-
tificio; militia; sciētia; venatione et hñzoi. Tertia et
mirta eoꝝ q; p̄ti ex p̄dijs p̄ti ex ope p̄sōali; proueniūt.
vt oues et fructus eaꝝ; de oib; p̄dictis tenemur daī
cimas sub p̄cepto. Primo qñ ministri ecclie sunt
in necessitate et petunt etiā si nō sit cōsuetudo solue-
di de talibus. Secundo si sit cōsuetudo etiam si nō
petant̄. ca. p̄genit. et. ca. i aliquid. d̄ deci. Tertio qñ
petunt̄ etiā sine necessitate et cōsuetudine de man-
dato papæ nec sufficit tūc f̄ m̄ docto. mādatuñ epili-
cet ecclia meliꝝ saceret non exigēdo in casu taliad
tollendum scandalum. hoc preceptum est morale
et de iure nature et diuino quantum ad hoc q; mini-
stri sustententur. vñ dñs. Dign; ē opariūs merce-

De opibus misericordie.

CXIII
de sua; sed ē iudiciale quantū ad talē tarationē; vñ
cum p̄cepta iudicialea non obligent in noua lege;
nisi inquantū de nouo statuuntur et efficiunt̄ de iu-
re positivo: sicut ecclesia statuit qđ detur decima
posset statuere q; daretur octaua. consuetudo abro-
gare p̄t hoc preceptū: quātū ad quotā taxatā et ex-
cusare nō soluentes q; vt sic est humaniū: nō autes
quantū ad ius soluēdi q; hoc est diuinū et natura-
le et vbi nihil soluuntur; ecclesia remittit. Silues. dis-
cit q; cōsuetudo excusat nō soluētes plene: q; id ē
humaniū: nō auit nihil soluentes q; est diuinum. sed
certe cōsuetudo utrosq; excusatq; hoc statutū sit
de iure positivo vt dictū ē. vñ nihil soluere non est
mortale nisi in tribus casibus. Primo si petant̄
decime et negētur q; petitio nō debet fieri ab epoſz
ad papā recurrendū est vbi nō sit cōsuetudo q; d̄
tali soluatur nisi sit magna indigētia. Secundo si
non petant̄ sed est tāta obstinatio q; si petātur pro-
positum est nō reddendi. Tertio qñ clerus patet
valde indecētia viciꝝ et vestitus et populus abun-
dat; et sic tenet sancꝝ. tho. secunda secunde. q. lxxvij.
et theologi cōmunit̄. Innocē. vero et canoniste in
ca. a nobis. de deci. dicētes: q; nulla cōsuetudo p̄t
excusare non soluentes plene decimas prediales
non tenentur quo ad hoc.

Op̄era misericordie spiritualia sunt cōsule:
castiga. dimitte. solare. fer. ora. Si nolluit
dare cōsūlūm; mortale ē. Primo in his q; sunt ne-

De correctione fraterna.

cessaria ad salutem. Secundo in re unde notabiliter dāmū pōt evenire, primo cū tñ possit. Tertioqñ nec ex officio; vt si ē p̄ vel plar. Quartos dedit malū cōsiliū sup mortali. Duplex ē correctio qdā directiva et est admonitio fratris de emēdatio delictorū ex fraterna charitate. Alia est coactiva est punitio facta a prelato ad cōseruationē iusticie et vtraqz est i p̄cepto. viii math. xviii. si peccanerit et cōmissio autē vtriusqz tripliciter pōt fieri. Primo meritorie vt qñ tēpus oportuni expectatur; timeat ne idē peccator fiat deterior aut alios impeditat a bono. Secundo omittit cū mortali ut quia metē iudicij vulgi aut carnis cruciatio; ita quia presert fraterne charitati. Tertio cū veniali; qñ moris vel cupiditas tardiorēm facit ad corrigendū non tamē ita q̄ si constaret fratrem posse apertu-
cato retrahere ppter hec dimitteret.

Pro fundamento huius materie notanda est regula quā tradit sanctus doctor de virtuq. iii. et secunduz eam procedendū est in correctione. Cum proximus habeat duo. scilicet fama et cōscientia; vtrūqz seruanduz est si fieri potest; alioquin fama pro bono cōscientie est cōtenenda: et et doctrina xp̄i math. xviii. patet in quibus peccatis habet locum cum correctio secreta. Nā non habet locū i p̄ctō futuro propter verbum. peccauerit. quia statim denunciandū est vtipediaf: nisi ip̄e q̄ nouit obuiat possit; q̄ tñ denunciare nō licet. nō h̄et etiā locū

De correctione fraterna.

CXV

publicis: q̄ nō fuit in te. i. te solo sciēte; sed statim denunciari p̄nit: q; p̄ hec peccātis ledit. sc̄iētiā suā et astā tuū: vii vtrīqz prō: uidendū est denunciando si creditur q̄ proderit: etiam si speraretur emēdatio peccatis q̄ etiam oportet scādalo cauere. Si tamen eque bene possit vtrīqz satissimacere vt prelatus: nō esset denunciandū vt conseruet fama peccatis apud prelatū et alios nescientes: obedientiū tamē esset p̄latō: si veritatē requirat: aliter derogare iuri suo quo iudicēt est publicorū. Nā habet etiā locū in occultis que proximis nocent vel sunt nocitura: quia illa non solum sunt in te sed in alios. unde statim d̄bet denunciari ille quem scis veille prodere ciuitatez aut aliquos in fide corrumpere: nisi certe speret sedictis malis posse accurrēt. Habet ergo locū solum secundū docto. in peccato occulto nocenti solū peccanti et ei qui scit. Et cum suis correctionis secrete et denunciationis sit emēdatio fratris et bonū aliorū: quādo. p̄babiliter creditur q̄ frat̄ non emēdabitur vel iudicēt nō adhibebit remedium: sine p̄ctō omitti pōt nisi super hoc p̄cipiat plar. in his q̄ sunt d̄ foro suo cuius modi sunt facta publica. an spanda sit emēdatio: ppendi pōt cōsiderādo si peccat ex malitia vt si frequenter tale qd̄ cōmisit: aut si ex passione: cuius signū est si oblata occasione ruit et statim tristatur et pudet. ille enim difficult: iste facilis emēdatur. Prelatus existens in mortali publico v̄ secretō corrigēdo ex officio vt p̄relat̄

De correctione fraterna.

secundis palu. et alios docto. mortaliter peccat; qd
indigne vtitur officio et suspensus est coram deo. q.
vij. qui nec de conse. disti. quinta. ca. fin loquen
do de prelato spirituali: qz temporalis existens in
mortali non peccat suspēdendo furem. Sed si cor
rigat non vt prelatus: sed ex zelo charitatis et cum
humilitate non per modum corripiens: sed roga
tis vt exēplo suo nō incitetur ad malū: non peccat
etiam si sit in notorio peccato. Itē existens in pec
cato notorio peccat mortaliter secundū docto. pre
cipue fīm. s. t. in. iiii. dis. xix. et. ij. ij. q. xxiiij. docendo
sive doceat ex officio prelatiōis sicut qui predican
docet cum nulli hoc liceat nisi prelato vel eius au
ctoritate: sive doceat ex officio magisterij sicut do
cent magistri in theologia: quia vterqz impedit su
nem scripture qui est peruenire ad vitam eternā
etia ratione scādali. qānt est in peccato occulto per
cat docēdō pmo mō non scđo modo. ¶ Circa op
misericordie dimittere iniurias: nota qd rancorū
nō licet habere ad proximū quantūcunqz maleno
bis faciat: sed actionē iniuriarū nō tenet iniuria
dimittere imo bene facit petendo qd satissociat. dis.
xlv. et qui. et. xxiiij. q. v. de occidēdis. ¶ Si noēt
cōsolatus tribulatos: mortale est salte prelato qd
ex tali omissione aliq veniūt ad desperationē velati
ud malum et ipse bono modo p se vel p aliis pos
set salua disciplina. Si nō orauit p oñibus magna
negligentia grata est viuentibz ex elemosynis.

De elemosyna:

CXVI

O p̄era misericordie corporalia sunt: visito ci
bo. poto. redimo. tego. colligo. condo. quo
rū omissione est mortale: qñ notabiliter leditur prox
imus: et homo possit facere: puta si visitares infir
mū non moreretur ex tristitia: vel ex defectu neces
sariorum: nec sine sacramentis: nec desperaret sed
confiteretur: est captiuus tu habes superflua vñ
de possēs redimere: est sine domo tu habes ampla
palacia: pro quo uiz intellectu aduerte qd dupler ē
necessarium. s. necessarium nature: sine quo homo
vivere non possit nec sui quorū necessitatibus bēt
puidere. Aliud est necessarium persone sine quo
vivere nō potest decēter secundū suū statum ipse et
sui: et similiter dupler est superfluum. s. superfluum
nature et persone. In iudicādo superfluiū secundū
sanctum tho. nō oportet cōsiderare omnes casus
qui possent in futurū cōtingere: sed solū secundū
ea qd verisimiliter occurruunt: nec terminus requisi
torū ad decentiā status est in diuisibilis puta cens
tum aurei: sed haber latitudinem: puta nō minus qd
centū: nec plus qd cētum vicinti ita qd. xx. possunt ad
di et minui stāte decentia. Necessariū primo mos
donō est preceptum dare imo illicitum nisi psona
cui per hoc subueniretur esset communitati multo
utilior: quia plus tenetur sibi homo qd alijs: sed
necessarium secundo modo dandum est sub prece
pto ad relevandam necessitatem nature et absolu
tam alterius: quia excharitate plus tenetur homo

p. iij

diligere vitā proximi: q̄ decenciam sui status: sed nō tenetur dare hoc ad relevationē status alterius: q̄ nemo tenetur vivere verecunde in statu suo: vt res leuet alii ad decentē statū. **E**nde adrelevandam extremaz necessitatēm proximi tenetur rer: alijs prīncipes depositis sericis & preciosis: si alii ter nō possunt subuenire indueſ ſe ipsos ſaccis et libus: q̄ non ſolū charitas ſed ordo charitatis eſt in precepto: & a fortiori ecclesiasticz ſigra uter pati ad hoc tenetur: cum eorū ſtatū plus deceat paupertas q̄ diuitie & potius cōſeruetur pietatis operibus: q̄ multitudine famulorum armatorum cum bona eorū omnia ſint pauperii. nec video quo modo poſſint excusari a mortali: ſi tēpore quo ap̄parēt pauperes marime in extrema necessitate in tendant vanis & curiosis edificijs: deauſantes re ctes ferreos & lapides mortuos ecclesie conēptis filijs ac lapidibus eius viuis. **D**ān̄t eſt ſupſum vtriqz necessitati: dāduſ eſt ſub precepto in ita id quod ſuperiſt date elemosinam. lu. xj. patientibus necessitatē extremaſ. **Q**uiā ſi neceſſariū ppio ſta tui neceſſario eſt eis ergandū a fortiori quod ſu pererit. q̄ aū ſub precepto teneātur dare pacientib ſolū iacturam ſtatus & nō nature: nō audeo plen diffinire: ne dānē maiore ptem diuitiū: ſed bñſiſio prima ioā. vlti. hoc ſentire videtur dicēs. ſi q̄s ha buerit ſubſtantia huius mūdi: & viderit fratreſ ſu neceſſe h̄ſe: & clauerit viscera ſua ab eo quomodo

charitas dei eſt in illo. hoc dictat rō naturalis & do ctores tenet. & ſi obiſſias ergo nō licet theſauriza re ad mutandū ſtatum. concedo q̄i apparet in diſ gentes neceſſitate nature vel pſone: alias licitum eſt. Et dicta faciliq̄ mēti mādēntur ponā ea p̄ oclu ſiōes: quarū prior fit. **H**is ſupſuū ad viuere licet neceſſariū ad decentē vivere tenetur de illo facere elemosynā: q̄i apparet in aliquo ſigna p̄babilia extrema neceſſitatis future n̄iſ ei. p̄uidetur. nec hoc videtur durū ſecundū rectaz rationem: ſed ſo luſ ſcdm brutalē appetitū & ſcdm ſapiētiam huius mūdi q̄ inimica eſt deo. vñ apls: nolite cōformari huic ſclb. Sed pone: h̄et religiosus ad vñ ſu libros & alia. vtrū ligetur hoc p̄cepto. dicēdum q̄ ſic peſtitia tamen licetia a plato: quā ſi non poſteſt obtine re ſanciū ſtbo. aliq̄i videtur dicere q̄ excuſatur. vnde ſcdm ip̄z religiosus cōtradicēt p̄elato non poſteſt exire clauſtrū vt ſubueniat parentibus ege niſ: aliq̄i ſentire videtur oppoſituſ. & verior eius ſententia eſt q̄ in caſu extrema inopie tenetur in ui to p̄elato ſubuenire talē inopiam pacienti ſi ſine graui ſcandalō poſteſt: q̄ in hiſ que ſunt cōtra iuſ nature & diuitiū non debet obedire. et in tali caſu omnia ſunt cōmuniā: & dādo ſic egeno calicē ecclē ſie: non dat illi alienum ſed quod ſuum eſt. vnde ex beato tho. in. iiiij. diſtin. xv. q. iiij. primo. eliciunt ali qui q̄ extrema pauper poſſet per vīni tollere ab humeris diuitiis pallium: & ſi occidat ſeruato mo-

De elemosyna.

deramine inculpate tutele nō esset reus homicidij; cum habeat ex parte sua iustum bellum. Ambio nudorū est vestimentū quod recludis: tot sciasse inuadere bona: quot subuenire posses: esurientū est panis quē tu detines. distī. xlviij. sicut hi. Ethic ronym⁹. aliena rape cōuicitur: q̄ sibi ultra necessaria retinere pbatur distī. xlj. q̄. primo et iniustiō naretur vt fur qui pro tali necessitate furatur: nec possūz capere quoniam sint tute in cōscientia religiose habētes multa supflua in librīs: imaginib⁹ manutergijs et vestib⁹ scientes aliquos pati magnas necessitates: si eis cū licētia vēditis nō succurrunt inopibus. tū qz ex voto solēni sunt pauperes et modicis debēt esse contēta: alias eoz paupertas poti⁹ erit nominalis q̄ realis. Secunda conclusio dare elemosynaz de toto necessario p̄sonae extrane cessitatē extremā nemo tenet. Tertia est: habēssu p̄sum ad decētiā status tenetur sub precepto dare elemosynā vbi adest necessitas decētiē stat⁹ in alio nisi credat q̄ occurret ali⁹ cui meli⁹ erit subuenire.

O Un solū possint facere elemosynaz: qui p̄nit donare. religio si: vroz: filius familias: servit huiusmodi qui in alteri⁹ potestate sunt nō p̄nt facere elemosynā nisi in certis casib⁹. Primo q̄ de licētia superiorum peregrinantur. Secundo in extrema necessitate etiā cōtra superiorum p̄hibitionem. Tercio si habeat administrationem bonorum. Quarto quādo illud quod datur non infer-

De elemosyna.

CXVIII

domino sensibile nocumētū sed est quid minimū puta frustrum panis. Quinto vroz potest utili⁹ gerēdo negocī viri: vt si vir est sceleratus et dat videntis illuz cōvertat: et facit sine scādalo: sicut abi gāl datis panib⁹ intuito viro liberauit eum a morie. primo reg. xxv. Sexto si supior: assignauit illis certum quid p̄ suo victu: et ipsi volūt abstinere vt dent elemosynas. Septimo si vir est fatuus qz tūc ad eam spectat dispositio domus. Octavo si sit lucrosa et lucru⁹ illud nō est necessarium domui sue. nec sunt deducēde expēse vici⁹ eius: qz vir tenet illā alere ppter dotē et obsequiū. Non si ppter dotē habēt bona paraphernalia. xxxiiij. q.v. qd̄ deo. Discutitur aut̄ para qd̄ est iuxta et pherna dos: q̄si iuxtadoit̄: et sunt bona q̄ desert vroz ppter dotē. vide infra. **D**e. v. sensib⁹. Mortale est q̄ obiectis eo rū virū q̄s ad malūvit si d̄fert odorifera ad aliciēdū feminā ad luxuriā et similia. Non occupare eos i obseq̄ dei et quātūz p̄t nō habēt eos mortificatos nec sicut d̄bet vsluz eoz refert ad deū cōiter sūt vētalia.

O Unis homo est interrogandus de his. Primo an dolet si cī venit ad vsum rōnis statū primo ante alia nō se obtulit deo: sicut omnes tenemur vt dicit sc̄t̄s Tho. p̄ma secūde. q.lxxir. credo tamē q̄ filij xp̄ianorū nisi a temeris animis sint dissoluti et siue disciplina nutriti implet hoc preceptum cum primo habēt vsluz rōnia. Secundo dolet si nō cepit p̄fiteri a. viij. āno: qz cōmuniter eotē

De uxoratis.

pore est doli capax homo et ex tunc tenetur cōfiteri.
Tertio doleat: si a. xiiij. vel. xiiiij. etatis anno non cōmunicavit. Quarto si filijs. seruis. famulis. et omnibus sue cure cōmissis fecit ab eo tempore confiteri et cōmunicare. Quinto si quando cōtraxit matri monium per verba de presenti erat in mortali: qui est mortale cum per hoc fiat notabilis irreuerentia sacramēto: et multi contrahunt clādestine et nō curant se preparare nisi ad būndictiones nuptiales quod nō sunt sc̄r̄z. Sexto si femina quoties peperit confessa est et cōmunicavit. quod ad hoc tenet. Tertiū interrogādi sunt de periurijs: si cōfiteri. Si infestis audiunt missam. Si obediant parentibus. Si furant. omnia ista imputantur eis postquam sunt dolili capaces et si percūtiunt grauteri alios pueros de prima tonsura: sunt et cōmunicati secus si leuiter ritant. Si faciunt in honesta cum puellis et familia.

Xorati interrogādi sunt si se tractant amore
se et reuerterter: si hōdeste et tēperate se habent
ad actū cōiugale. si negāt debitu. si habent curam
domus et familie ut viuant more christiano et sit
bene disciplinata. si corrigunt male facta familie.
si filios et filias maritant debito tempore et huiusmodi:
notabilis negligentia in his est mortale: et tota
ditio ecclesiē prouenit ex defectu discipline paren
tum: quia adolescentes iuncta viā suā etiā cum semine
rit nō recedet ab ea. et sc̄d̄z philosophū nō parure
seri sic vel sica iuuētate assūescere.

De dominis.

CXIX

Dominī interrogādi sunt si hōnit aliqd in suo
dominio d̄ quo nō sint certi quod habeat iusto
titulo. si negligit expedire negociātes. si non curat
facere iusticiā petētibus: ultra mortale tenetur ad
restitutionē de dāno. si fecit aliquā iniustitiā. si im
posuit exactiones indebitas subditis. si in distris
buendis officijs reipu. est acceptor psonarū. si am
bitiosus. prouaurit mai⁹ dominū mouēdo bella et
lites iniustas. Si facit magnas expētas in cōmes
sationibus et cōiuijs. si immoderate et excessiue yti
tur delicas et p̄ciosis in vestibus p̄amatis et eqs.
si nō soluit debita. si testamēta mai⁹ ipse uult. si sti
pēdia imoderata dat subditis et moderata nō sol
uit. si posuit malos officiales. si p̄ctā publica et ma
xime blasphemias et veneficia dissimilat. si vēdit ius
sticā. si incarcerauit aliquē indebite. si coegit ali⁹
quānubere alicui d̄ suis. si p̄misit fieri torneamēta
yduela. quod in nullo casu ēt cum cūlicētia principis licet:
nisi prodefensione p̄sonē cum moderamine: quoniam ali
ter nō posset euader. Si p̄mittit meretrices mane
re in hospicijs: vel intra ciuitatē et nō cogit quod ma
neant in publico lupanari. Si vassallos indebite
aggravat. si nō purgat prouintiam malis homini
bus. Si regi et superioribus suis maxime ecclesie
fuit inobediens. Si appellationes iniustas subdis
torz negauit moleste tulit et ideo male tractauit eos.
si fecit statuta cōtralibertatem ecclesiasticam: pu
ta quod nullus in terris suis instituat cōpellanas vel

De clericis.

relinquat bona ecclesie vel clericis: excommunicatus est. ca. nō uerit. de sen. er. Si pupilos: viduas & alias miserabiles psonas non audit ad iusticiā. Si nō facit aliquā audiētias publicas. Si nimis se occupat in ludis: venationib⁹ et in alijs vanis. Si stat occiosus. Si fecit violētiā ecclesijs pīs locis. Si irreuerēter se habet ad personas ecclesiasticas: vel male tractauit. Si existens patronus alicuius ecclie p̄sentauit indignos. Si fidē pīsimam in sui receptione seruauit. Prodicta sup̄ renotabili sunt mortalia.

Olerici interrogandi sunt: si sunt ordinati vel beneficiati simoniace. Si recepit ordines immortali. Si executus est que sunt ordinis in mortali. Si suspensus vel irregularis existens exercuit actus ordinis: vel interdictus. Si dimissit horas canonicas sine graui infirmitate: in omnibus predictis est mortale: si nō portauit habitū & tonsurā. Pro cuius noticia aduertēdū qđ de vi. & ho. cler. ca. clericī offī. sic dicit. clericī tonsurā & corona habeat cōgruentē indumenta clausa desup̄ deferat. nimia lōgitudine v̄l breuitate nō notanda. panis viridibus & rubeis nō vtant̄. nec manicis aut somlarib⁹ cōsuetijs. frenis. sellis. pecto. alib⁹ deauratis: aut alia sup̄fluitatē gerētib⁹ nō vtant̄: aut caps manicatis in diuinō officio: sed nec alibi qđ sum i sacerdotio & psonatib⁹ cōstituti: nisi iusta timoris causa exigat hītuꝝ trāsformari. In clem. etiā qđ. eo. ill

De clericis.

CXIX
sic dī. quicunqz clericus virgata vel partitaveste: i. diuersor̄ colorū vtitur sine causa rōnibili: si est beneficiatus suspēsus est a fructū p̄ceptione per sex mēses. Si nō est beneficiatus & est in sacris cis tra sacerdotiū p̄ idē tēpus est in habilis ad benefi ciū obtinendū. Sacerdos vero vel religiosus per annū suspēsus est a p̄ceptione fructus beneficij habiti & inhabilis ad beneficij obtinendum. dis. xlj. ¶ primo. dī etiam qđ sacerdos nō se ornē fulgidis aut sordibus vestibus faciēs contra predicta non semp̄ peccat mortaliter: nisi in his casibus. Primo scđm panor. in. ca. si qđ. de vi. & ho. indistincte si non deferat tonsuram: ita qđ aures pateant scđm glo. inca. clericus de vit. et ho. sed hocnō videtur nisi excessus sit notabilis ultra cōsuetū & sit in sacris vel beneficiatus. facit. ca. ioāes. dcleri. cōing. & ca. vñco de biga. li. vi. si aut̄ sit in minoribus tñi et nō habet beneficij nō tenet eam deferre. arg. d. ca. ionāes. et glo. distin. l. ca. fin. Secundo peccat mortaliter si portat vestē partitam: vel tabardum si est beneficiatus secundū silues. & fere omnes docto. dis. xviii. ¶ primo. et. j. q. vij. si qđ. qđ canō vult clericos habere vestem talare. dis. xxii. nō liceat. nisi secrete & in domo portet vel ex causa rationabili puta si peregrinatur: quo casu non licet habitum transformare penitus ne clericus appareat: nisi ratione timoris: cum strictissime hoc prohibeat. de sen. er. contingit. Tertio peccat mortaliter

De clericis.

vtens rubeis & viridibus vestib⁹. secūdū p̄tto. in. d. ca. clerici. et idem de caligis: sic tenet angel⁹ fil⁹ uel. & omnes sere docto. Est autē tabardum vestis superior: ita breuis q̄ inferioz vestis apparet: sed pro isto & secūdū casu poteſt dici q̄ peccant monaſteriſ ſic vtentes q̄ ſi vestis eſt notabiliter irreligiosa & cū ſcādalo vel precliosa niſi ſit precliosa ad coformi- dū ſe hiſ q̄: ibus conuiuit ne vilescat. argu. diſtin- lrr. epi. Excedentes vero in predictis ſine ſcādalo vel i modico: durū ē dānare ad mortale. Quan- to peccat mortaliter cleric⁹ in ſacris vel beneficiis ſi nutrit coimā aut barbaꝝ niſi ex cauſa iuſta: non e autē cauſa iuſta pro lutu defuncti: qz pōt excomu- nicari. d. vit. et ho. cle. ſiquis. Scđm ricard. quoli. iij. cleric⁹ hiſ ſufficiēs patrimoniuſ ad need- ſitatē nature & decētiā ſtat⁹ & pſone: ſi recipit bene- ſiciū vt bene diſpeneſt non peccat in modo ſit idome: ſi vero recipit ſolū vt ditet amicos et mutet eorū ſtatū et vt magis honoreſt et delicati⁹ viuat mora- liter peccat. j. q. iij. clericos. et ſecundūm ioan. and. ſeruiendo ecclie ſi bona eius conuomit: & ex- epiditate ſuū patrimoniuſ ſeruat mortaliter pe- cat: et vt dicit. xv. q. j. ca. viii. qui bonis parem ſubſtērari poſſunt: ſi qđ eſt pauperum accipitū: la- crilegiū ſomittunt: alias ſeruiendo ecclie: licet vi- uere de ecclie & patrimoniuſ ſuis heredib⁹ ſerua- re: pōt etiā de bonis beneficij dotare cōſanguineas ſcđz earū ſtatum ſi indigēt nō aliter. Et di-

De clericis.

CXXI

ca. q̄ tuoz. & in. ca. cognouim⁹. xii. q. f. clerici tenent facere. iiiij. ptes d̄ reditibus ecclie & oblationibus fidelium. s. epi. paupib⁹: ipsi ſacerdoti: & fabrice. Et quo ad q̄rtam epi & fabrice ſtādū ē cōſuetudini niſi q̄ ſi fabruca remaeret derelicta: quātum vero ad q̄r tam paupum nulla vallet cōſuetudo in cōtrarium ſimo ſcđz omnes docto. non ſolū quartam: ſed omnia ſupfluua tenentur erogare paupib⁹ ſub pena mortalitiſ niſi in duobus caſib⁹. Primo ſi fabri paupex caeget. Secūdū ſi vellit cultum dei in ſua ecclie ampliare: nulla tamē extrema neceſſitate occurrēte arg. ca. diſtum. iiij. de elec. et ca. cum ſecū. de p̄ben. & quicqz diuites vel turpes pſone acceperūt aliqd a pſoniſ eccliaſticis de bonis beneficij tenetur reſtimere ecclie: niſi acceperint cauſa elemoſyne vel ppter aliam honestam cauſam vel neceſſariaz. diſt. lxxvij. paſce. ſecundū ſilues. et docto. ſed limita ſident de quota deputata paupib⁹: nā partez q̄ in viſuzeo ſi cedit ſi turpiter expēdant peccat: accipi- entes ſi nō tenent reſtituē ſi. f. tho. iij. iij. q. clxxv. Scđndū ſi bona cal. clericuſ dimittens officiū ſi ne cauſa rōnabili tenetur reſtituere fruct⁹ in teniſ percepc̄tos ab ecclie. in. ca. j. de cele. mi. qz. ppter officiū datur. beneficium d̄ rescrīp. ca. fi. li. vii. ubiſqz alit datur aliquid ob cauſam: cauſa non ſecuta illud pōt reppeti. f. de cōdi. ob tur. ca. quaſi pertotum. panor. dicit in. d. ca. q̄ quāniſ ſit tu- tor: hec opinio. eſt tamen nimis rigida. ad motivū

De clericis.

dī q̄ nō solū datur beneficiū, ppter officiū; sed eti
am vt clericus assumpt⁹ in partē dñi de patrino
nō dñi viuat; et non mendicet. dis. xciiij. diaconi et
ca. ij. de p̄ben. angel. tenet cū prima opinione. Pōt
dici q̄ p̄ma opinio semp̄ est cōsulēda; nō tñ peccat
mortaliter clericus si nō restituat; qz officium p̄o
pter qđ datur beneficiū nō est solū hore canonice;
sed est ministratio sacramētorū et cōsiliorū et verbi
dei; et decatatio diuinorū et huiusmodi; et datuſ ob
cauſaz ea non secuta pōt repeti; qñ erat cōtotaliter
principalis dādi; securus si fuit partialis et secundaria
vt in p̄posito. P̄tererea beneficiū nō dat sub cō
ditione; sed sub modo, vñ modo nō seruato adhuc
fructus sunt beneficiati. hanc tenet palu. florēti. sil
uel. ioā. and. et pene omnes. Similiter existens in
mortali notorio cū sit suspēsus secundū angel. resti
tuere tenetur fructus p̄ceptos; quia suspēsus idem
est ac si nō resideret; qz nullum et inutile idem sum. d
trāſla. inter corporalia. sicut non rite et nō fieri paria
iudicant. de presb̄i. nō bapti. veniens. filius. tenet
q̄ nō residēs nō tenetur restituere nisi condēnet;
neceſt simile de nō residēte et de existēte in morta
li; qz hic in aliquo deseruit ecclesie et rite quātū ad
id quod ecclesia statuit ut psalendo orādo. Se
cūdū bñz tho. clericus si sit idoneus lícite appe
tit beneficiū ſimpler; dicit aut̄ idōeus si sit medio
crit doctus et laboret bene viuere et ſciat q̄ ſunt de
ricatus et recitat̄ et huiusmodi. Beneficiū aut̄

De clericis.

CXXII

euratū in nullo caſu quocūqz finēt quacūqz popu
loſi neceſſitate nō licet appetere. Si tñ non vide
ret vnde cōpetenter de bono pastore prouideat; li
ceret deſiderare q̄ deus ſe faceret dignū vt alijs
prodeſſet; q; velle promoueri p̄ deū nō eſt preſum
ptuſum cū nemo ſciat an ſit dignus odio vel amo
re; ſt credit ſe indignū tunc eſt iniuſtus q̄rēs prepo
ni alijs. itaqz talis vel ē ſuperbus vel iniuſtus; ma
xime ſi ſit talis cui vitia placet in propria pſona vel
cui nō diſplicet nec ea conatur euertere in alijs; qñ
vero aſtrigitur precepto ſi, phabilit̄ videt ſe diſg
nū vel ſalte m dubitat; mortaliter peccat nō obedie
do; et idē ſi nō aſtrigitur p̄cepto ſed cōſilio; et p̄o
babiliſter credat q̄ per alium eque bene prouide
ri nō potet; quia eſt contra fraternā charitatez; fa
cit. viii. q. prima. inſcripſiuris. vnde auguſtin⁹: epa
tus et ſi adminiſtretur vt decet; tamē indecēter ap
peritur; ociū ſanctū q̄rit charitas; negociū iuſtum
ſuſcipit neceſſitas charitatis; quā ſarcinā ſi nullus
imponit intuēde veritati vacandū eſt; ſi autē im
ponitur ſuſcipiēda eſt. Interrogas ſi celebrauit
diſtrāſe mēte. Si cū vino vel pane corruptis; no
tabilit̄ mortale ē. Si raro celebrauit. De iure diuini
no tenet ſecundū ſanctū tho. celebraſe aliquādo; et
mortalif videt peccare q̄ in festis valde precipuis
quādo xpiani cōmuniter ſolēt cōmunicare nō cele
braſt qz ſacerdotib⁹ p̄ceptū eſt; hoc facite in meaz
cōmemorationē et reus eſt negligētie et valde igra

De clericis:

tus qui nō vtiſ potestate nobilissima ſibi concesſi
ſanili ex cauſa rationabili omittat: hoc tenet palu-
ricar. florēti. angel. et ſlues. Si pollutus ea-
de die celebrauit: vbi aduertere q̄ q̄i pollutio acci-
dit ex turpi cogitatione precedēte vel crapular: vel
ex alia cauſa quam certū eſt vel, pbabile fuifſe mo-
tale: ſcđm ſanctū tho. neceſſario impedit. Si vero
cauſa fuic culpa venialis impedit ex congruo niſi
adſit dies ſettus: vel homo habeat deuotionē vel
debeat ſupplere pro alio et huicmodi ad arbitri-
um boni viri. Si aut̄ accidat ex cauſa vbi nullum p-
babiliter credit̄ fuifſe peccatū: in ſua libertate eli-
communicare et niſi ſentiat distractionem mentis
melius eſt cōmunicare: imo dicit palu. q̄ quando
venit ex cauſa mortali nō eſt mortale eadez die cō-
municare cū contritione et cōfessione et idem ſilueſ-
t videtur verum. Si habet niſia cōuersatio-
nē cū feminis: periculus ūz ē. Si cohabitat mulieri
de q̄ pōt eſe rōnabilis ſuſpicio mortale ē: etiā ſi ſit
cōſanguinea. de cohab. cler. et mu. ca. j. et ca. iterdi-
xit. Si fuit ordinat̄ ante etatē debitat̄: mortale ē.
Etas debita ad primam ſoſurā et ad tres ordines
miiores ē. viij. anorū. diſ. lxxvij. in ſinglis. ad acolita-
tiſi poſt. xij. annuſi. ad ſubdiaconatum poſt inchoa-
tū. xvij. annuſi. ad diaconoſi poſt ichoatū. xx. iſacer-
dotio. iſobate. xxv. clemeſe. generale. de etat. et q̄li. or-
di. Si dimiſſit horas cāonicas vñ q̄i dicebat occu-
pauit ſe i aliquo niſis distractiō: mortale ē vbi.

De clericis.

CXXIII

Si endū q̄ omnis clericus beneficiat̄ etiam
ſtenui beniſtio capellanie; quā palii ſeruit dū
tamē ip̄e habeat titulū: et ordinati in ſacris et reli-
giosi tenenſi dicere ſub p̄cepto horas ut dicunt doc-
to. in. ca. p. d. cele. miſ. et omittētes peccat̄ grauit̄: ni
ſi excuſet talis iſfirmitas q̄ ſi dicerēt multū obiffe
timereſ: nō aut̄ excuſat ſi nocuimētū ſit leue uti q̄r
tana. in hoc tñ ſtādī ſit arbitrio medici: aut bonivi-
ri. Unde i his casib⁹ circa diuinū officium peccat̄
mortalit̄. Primo q̄i omitt̄ ſine cauſa rōnabili
iſfirmatis vel ſimiſi. Secundo q̄i dicit niſis di-
ſtracte. ca. dolētes. de cele. miſ. Tertio ſecundū ali
quos q̄i non dicit ſecundū q̄ eſt in ordinario ſed
hoc non videtur: q̄i dicere hoc vel illud non eſt in
p̄cepto: cū diuerſi diuerſa dicat. de cōſe. diſt. v. in
die. vii male facit q̄ nō ſeruat ordinariū ſuū: ſatiſfa-
cit tñ p̄cepto dicto quoq̄i q̄i officio ſecundū verios
reopinionē. qđ aut̄ ſit pro officio dicēdū: non eſt
beniſ determinatū. ſeſt attēdendū ordinariū: et illō
quod generali cōſuetudine dicitur ut de precepto
ut ſic eſt dicendum. Unde ad officiū beate virgi-
nis in festis non ſolēnibus: et ad nouē lectiones de
functorū ſemel in ſeptimana viſent̄ teneri fratres
ordiniſi etiā hebdomada oīuſ ſcori: q̄r q̄ni uis
in die aiaꝝ dicat. ir. lectiōes defunctor̄: dicunt̄ tñ p-
modū officijs et nō p modū ſuffragij. vii vltra illas
tenenſi ad alias: q̄i geñrali cōſuetudie ut d̄ p̄cepto
dicunt̄. ad letanias vero q̄i ſit d̄ feria: et miniftral
q. iij

De beneficiis.

caris et notarum ad missas, p defunctis ad tres lectio-
nes defunctorum, secundum silues, non tenent sub principio
sufficiunt si per alios dicantur; quod non est omnis personale, et
quo patet quod plati variates officiorum: puta si quod est in
ordinario trium lectionum: faciat celebrari sub duplo
et solenniter: quandoque male faciat nisi ex valde rationabili
causa ut si est patronus ecclesie vel habentem reliquias deo
et huiusmodi: non peccat mortaliter: cum determinatio
officij non sit in precepto. Glide infra.

Sequendum quod habere plura beneficia sine cura et
non requiriunt residuum secundum iocundam, and in causa
iudicium, de prebente, et secundum innocentiam, hodie est licitum:
cum prohibeat pluralitas beneficiorum soli cui cura
in causa, de multa, de prebenientia, iura auctiora antiqua, ut
ca, episcopi, districti, et causa, presbyteros, xvij, q, prima, lo-
quitur secundum sua ipsa, vel restringuntur ad cura-
rata: sed hosti, in capitulo litteras de prebente, tenet con-
trarius et quod prelati non possunt in hoc dispenses, distri-
cti, sanctorum, et districti, acutius, dicit tamen quod ne di-
netur tanta multitudo quod dispenses potest ut quod ha-
beat plures prebendas in beneficio, non in titulum, go-
fre, vero tenet quod nullus potest habere plura si unum
sufficiat, panorum, in causa, cuius iam dudum de prebente idem
est, si propter se solum habeat: secundum si collata sum
non ratione sunt: sed propter utilitatem beneficiorum ut quod est
huius industrius et conscientiarum, secundum theologum, in quolibet, ut dicit
quod habere plura beneficia continet in se plures iurisdictiones
quod non est possibile unum in pluribus ecclesiis ser-

De beneficiis.

CXXIII

uire in quibus est beneficium: cum beneficia sine stipendiis
ibi ministrantur, sequitur etiam divini cultus di-
minutio, dum in uno loco plurimi instituitur: fraudatur etiam
voluntas testatorum qui bona ecclesiis reliquerunt
ut ibi esset certus numerus ministrorum: fit etiam in
iustitia domini unusquisque pluribus beneficiis abudat: et aliis
dignior nec unum habet: appositis tamen aliquibus circum-
stantiis dicte deformitates tolluntur: puta si in plus
ribus ecclesiis eius obsequium est necessarium et potest
plus servire absens quam aliis presentis. Tamen dicendum quod
ex dispensatione pape potest quod habere plura beneficia tam
curata quam non curata: siue unum sufficiat ad vitam ho-
nestam beneficiati siue non: dummodo dispensatio fiat ex
causa quod triplex est, scilicet necessitas: puta quod plures non
inveniuntur idonei, utilitas ecclesie non ipsius be-
neficiati: et prerogativa meritorum ut quod plus va-
let absens quam aliis presentis: quod vero unum benefici-
um sufficit: dispensatur per papam sine causa legitimam
magis est tutus in conscientia: quia est contra ius naturale in quo non dispenses papae: et alterat non solius iuri
positum dispositio: sed etiam christi patrimonium in-
iuste dispergit: quod est contra iurum diuinum, unde cum bona
ecclesie papa non posse sine causa alienare: multo minore
potest dare alteri licentia ipsa dispergendi: nec va-
let consuetudo contraria, et globo, et iura quod dicunt quod va-
let intelligunt pro necessitate: utilitate vel prero-
gativa meritorum: hoc tenet panorum, hos florenti, et
silues, alias tenet dictum beatibeni, qui non est unum
q. iiiij

sed plures in beneficiis nō erit vñ^o sⁱ plures in ⁱⁿ
plurijs. et cōcurrente dispēsatione ex causa iusti
desit bona intētio ex parte beneficiādi: putat q^z q^z
plura beneficia vt sit ditior. vel vt lauti^o vivat: tū
vt facil^o pueniat ad episcopatū: grauit^o offendit.
GSi benedicit mensa^z ante q^z comedat q^z tenet:
et post agere g^oras. distin. xlviij. nō liceat. Si sepe
uit mortuos in mortali māifeste: mortale est. id est
excommunicatos et interdictos. Si obtinuit benefi
ciū nō intendēs clericari. secundū angel. de mētepa
nor. in capi. ad audiētiā. de cler. nō resi. peccat mor
talit^o. Si sine cāno reslēt in beneficio: mortale est.
Si partē beneficii paupib^z assignata: expedit cum
turpib^z psonis: vel ad usus in honestos. mortales
et tenet restituere egenis: si vero id fiat d^o quota ad
sui sustētationē d^oputata nō videat q^z tenet. sⁱ iusta
t. ij. q. clxxv. si male tractat edificia et res ecclesiastica
Si vasa et paramēta ad diuinū cultū tenet immu
da: nam vasa sacra: corporalia: vestes ministriorum: pa
le altaris et oratoria p̄cipit q^z mūda et nitida colen
tient. de custo. eucha. ca. ij. nimis enī absurdū est:
sacris sordes negligere q^z dedecet in pp̄haia. vi
grauiiter offendit q^z illa habet turpiora q^z si effe
t magna pro seruitio rusticorū. **T**ria magna mala sum
la q^z in statu clericorū. Primo q^z aperte appetunt cui
et in f^o animarū et vacate curato ingerunt et opponunt se
illud. cum tamē cōmuniſ ſentētia docto. sit q^z di
berata rōne appetens beneficū cum cura peca

mortaliter vide infra. Secūdo q^z multi habēt plu
ra beneficia: et tamen cōmuniſ opinio docto. est
q^z papa nō pōt sup hoc dispensare sine necessitate
vel virilitate eccl^{ie}: et sup hoc solēnes disputatio
nes habite sunt parisiſ: et in omnibus est cōclus
sum q^z ſecura cōſcientia nō pōt quis retinere plus
ra beneficia etiā cu^z dispēſatione: niſi sit pro bono
eccl^{ie}. et reuelationes facte ſunt multis sup hoc
vt patet in fasciculo tēpōz et in ſpeculo et cōplorū.
Lertio q^z quartam partē fructus beneficiū mul
ti plene nō diſpergūt paupib^z ad qd^o tenentur: de
hiſ paulo ante viſum eſt. aduerte q^z offiſe peccatu^z
carnale etiā cogitationis clerici et religiosi eſt ſaci
legiū. **A**ota q^z cu^z nō ſit tarata ſuma valoris bñ/
ſiorum ſed aliqua ſint maioriſ redditus aliqua
minoris: totu^z illud debet cōputari pro beneficio
qd^o peruenit ad man^o beneficiati: vñ ſi extrahatur
de reditu beneficii portio via epo et altera fabrice:
ſolu^z manet obligatus ad partem pauperum.
Prelati interrogādi ſunt ſi corrigit publicos
criminosos. Si ponūt in officijs et promouēt ad or
dines indignos. Si fuit nimis pomposus in or
natū. Si nō viſitat ſingulie annis dioceſis. Si nō
d^oputat viros ed p̄dicādi et cōfessioſ audieſdi per
dioceſis. Si ordinat i ſacris neſciētēs recitat. Si
cōtulit officia ſimōiae. **H**as interrogatiōes po
ſui ſoli^z q^z cōter ſunt mortalia licet aliquādo ſint
venialia ppter ipſectionē act^o. de venialib^z nō cu

De beneficijs.

raui qz mortale est materia necessaria penitentie: ve
ni aleasit non: sed voluntaria nec quis tenetur illud
confiteri nisi in his casibus. Primo quando dubi-
tat esse mortale. Secundo secundum aliquos ratio-
ne statuti obligatis ad hoc: sed hoc non potest fieri
nisi forte de veniali exteriori. Tertio secundum an-
gel. quando traheret ad mortale: sed nec tunc te-
tur sed sufficit qz per se doleat. Quarto quando no
habet mortale et in paschate tenetur comunicare:
sed in tali casu sine confessione sufficeret dicere ego
et grā dei in munis sum a mo: tali sine confessione.
Post hec coelat penitēs: d̄ his et plurib⁹ alijs
oblitis et incognitis qualiter csiqz et quotiensciqz
deum meū offendit: cogitatione: locutione: opere et
omissione dico meā culpā: pcoz te ut absoluas me.
Audita confessione qrat sacerdos an doleat de
omnib⁹ et pponat in futurū caucre: et an sit aliqua
occasio ex parte sua ad recidivū de ppinquo. po-
stea increpet et dulcē exhortē penitentē ad bonū:
et affigiet breue orationē pro sacrāli penitentiā ad
quam soluz obliget: quā possit statim explere: et de
cōsilio det alia longiorem quā postea faciat noti-
cādo illi et nō obligat illū. Et vt libertius acceptet
et plura per se faciat declarēt ei quanto maiore
quarerent sua peccata satisfactionem: et qz si hic nō
soluit: huet in purgatorio: et iniungat ad penitentia
am bona quecīqz egerit et mala q sustinebit quia
virtute clauium plus ei valebit: et caueat ne sit nō

De simonia.

CXXVI

misprolitus in ofonibus super penitentē sed pre-
missa absolutione ab excommunicatione si quaž ha-
bet et intēdat absoluere ab omni aqua potest etiā
si de ea penitēs nō meminerit: et facta breui oratio
ne ne fructus absolutionis impediatur: dicat for-
maz absolutionis: que est absoluote: ita alte et dis-
tincte ut eam percipiat penitens: quia pro absolu-
tione principaliter et nō pro oratione venit peni-
tentia confessorem: et potest dicere hoc modo. Si
teneris aliquo vinculo excommunicationis suspens-
sionis et interdicti: a quo possim te absoluere: ego
te absoluo totiens quoties incurristi: et restituo te
sacramētis ecclesie cōmunioni et vnitati fidelium.
in nomine p̄is. ec. Passio domini nři Iesu xp̄i: et
merita beatissime virginis marie et omnium sancto-
rum et sanctorum dei quidquid boni feceris et ins-
tendis facere: mala q sustines et sustinebis sint tibi
in remissionem peccatorū tuorum in augmentum
gratiae et in premium vite eterne amen. Ego te ab-
soluo ab omnib⁹ peccatis tuis. in nomine patris.
et vel aliter. Per asp̄itionē sanguinis dñi nostri et
per merita beate marie et omnium sanctorū: dñs ab-
soluat te et auctoritate ipsi⁹ ego te absoluo ab om-
nib⁹ peccatis tuis. In nomine p̄is. ec.

Simonia est voluntas deliberata emendi vel
vendendi spirituale: seu annexum spirituali.
Nomine emptionis intelligitur omnis contrac-
tus non gratuitus. et nomine pecunie qua emptio-

et veditio sit: omne qđ pecunia estimari potest. Et igitur quis dicēdus sit simoniacus oportet qđ intendat accipere aliquid pro spiritualibus quasi preciū qđ est contra iustitiam cuz nullo precio emi possint. Si autē exhibitis primo spiritualib⁹ gratiis: postea aliquid exigat ad sui substantiationem vel quia sic est consuetudo: vel quia ius hoc statuit: non erit simonia. Debet etiā cessare omnis pactio et cōuentio: qđ si interueniat pactio promissaci tanda et p similib⁹: etiā si nō petatur aliquid vt p ciū sed vt substētamentū: p̄ resūnit simonia. Et qđ simōia est in sola voluntate ita qđ nulla pactio ader tra fit: dicitur simonia mentalis et euadit penas iuriis: securus si ad extra pcedat. Secundū panor. in. ca. primo destmo. qui cōfert ordinēs si habet salariū nihil debet accipe pro cōferendis ordinib⁹: si autē nō est salariatus licite potest aliquid accipe: collatis gratis primo ordinib⁹ pro suo labore cō siderata laboris et negotiij qualitate et nō ordinis. vñ sine dubio simonia est plus exigere pro ordine digniori. Similiter scđm hostien. si in ecclesia sunt diuersa cimiteria: et taretur pro quāta pecunia qđ ponatur in talic cimiterio vel sepeliatur in tali parte ecclesie: simonia est. in. ca. audiūim⁹. de simo. et. ca. abolēde. et. ca. sicut. quia quāuis p loco et tr̄ia sepulchri in qua nullus est sepultus et qđ non est deputata sepultere aliquid possit peti: post qđ tamen est deputata auctoritate ep̄i vendi nō pot secundū

omnia iura. verū est qđ cessante p̄hibitiōe iuris po sitiū: vel si illa est p̄ contrariā consuetudinem obrogata: tr̄ia sepulchri vendi poss̄ habitu respectu ad id quod est corpore in ea: nō ad spūale: et pro maio ri precio secundū qđ locus est honoratio: vñ nescio quomodo possint excusari a simōia: p̄cētes certā sumaz pecunie: a volentibus sepeliri in suis capel lis maioribus vel in certa parte ecclesie: nisi dicatur qđ habet respectū solum ad id quod est corporale: dātes gratis quod est spūiale: dicētes qđ iuraq̄ prohibent vendi etiā illud quod est corpore sunt abrogata p̄ contrariaz consuetudinē scientibus et sic practicantibus p̄relatis ecclesie: p̄t etiā dici se cundū panor. qđ si dicatur date nobis tot pro sepul tura simonia est. ca. nō satis. Si vero dicāt consue tudo est qđeū aliquid pro loco sepulture seruare cōsuētudinē nō erit simonia. ca. ad aplīca. itaqz nō stante p̄hibitione predicta excusari possent vendē tes suas capellas: si soluz petunt seruari laudabile consuetudinem: vel si habent respectū solum ad id quod est corporale et ad impedimenta que eis pro ueniunt ex sepultura in tali loco. Similiter simo nia est si p̄ maiori precio portetur specialis crux: vel campane maiores pulsantur. Ad euadendā simoniā in dispensatione spūalium: cauendum est primo: ne sit corrupta intentio emendi vel ven dendi spūiale. Secundo seruanda est forma honesta in petendo: ita qđ nihil petat nisi quia sic est pia. co

suetudo: vel quia ius cōcedit post gratuitam spū ritualiū collationē: vnde statuta per verba affirmatiua de fatienda pcessione: portāda a cruce: missa dū cenda & huiusmodi liberat a simonia: vt si dicatur quicqz dederit tot habeat tot missas & fiat processio pro eo. si vero fiat per verba negatiua putantur fiat processio nisi pro dante tot simonia est. Omnis simoniaci in ordine vel in beneficio sunt erōmunicati & a solo papa sunt absoluendi: vt patet in extrauag. martini. v. in concilio constantiensi qui cipit. **Sacro.** Glide infra.

Oura est lucrum principaliter intentum a mutuo. Dicitur autem lucruz omne cremen-
tum ultra capitale: & proprie loquendo nō est mutu-
um nisi in rebus que usu suo consumuntur. Hu-
bet autem res duplēcēm usum sicut principalem &
cūsidariū sicut p̄cipali. Suis pecunie est distractio
secundariū vero ostētatio dūtiarū vñ stradat pu-
cunia ad usum quo nō distrahitur: nō erit mutua-
ta sed locata. Notādūz q̄ in mutuāte partis p̄
lucri: et partis ex beniuolētia lucrum est p̄cipi-
lis intentio: si eo cessante nō mutuaret: & secundaria
est beniuolētia: & ea cessante nō fieret mutuum. p̄cipi-
lis autē intētio lucri est q̄ facit usurā nō secundaria
sicut & in simonia. vñ vbiqz cōcurrunt ista tria.
Lucrum p̄cipialiter intētum: mutuum: & pactū
usura formalis; ubi vero cessat pactū sed sunt alii

dūo est usura mentalis: & in hoc consistit tota ma-
teria usurā. In his casibus licet accipere ul-
tra sortē sine usura. Primo q̄n ecclesia vel laycus
recipit a suo vasallo feudum in pign. ca. j. de feu.
Et autē feudiū benefitiū concessum alicui rei im-
mobilis manente proprietate eius apud dominūz.
Secundo quādo sine omni pacto recipitur gratis
oblatū. Tertio rōne lucri cessantis: dum modo lu-
crū cessans esset quasi in actu & probabiliter spera-
retur: si enim esset solū impossibilitate hoc nō licet.
Ubi dicit sanctus Tho. secunda secunde. q. lxxvij.
secundo. q̄ mutuās non p̄t deducere in pactum lu-
crum cessans: quia nō debet vendere: quod nō dūz
habet & p̄t multipliciter impediri: patet q̄ loqui
tur de lucro incerto: sec⁹ si lucrū p̄babiliter sit cer-
tū: ideo sine scrupulo p̄t deduci in pactū: lucrum
cessans cōcurrētib⁹ his. Primo q̄ mutuās mal-
let lucrari alia via sed facit ex amicitia. Secundo
q̄ lucrum cōpotiū de laborib⁹ periculis & expensis:
q̄ lucrum dicitur deductis expensis. Tertio q̄
pactum nō fiat ad semper: quia presumeretur: qđ
maller lucrari illa via: q̄ alia. Quarto q̄ nō sit ali-
us in tanta inopia q̄ teneatur ei mutuare. Quin-
to quod id quod recipit sit interessē lucri certi.
Quarto rōne dāni emergētis ut si p̄opter mutuū
necessē habeat vendere res suas viliori p̄recio.
Quinto ratione dotis si vir sustineat onera matri-
monij: p̄t frui possēdē data a socero in pignus

nec cōputabit fruct^o. d^r vñs, ca. salubriter. Sēcō
licet accipe vltra sortē rōne pene apposite. Sit
men creditor; malet debitor; em penaz incurtere; q
sibi in termino soluere; secundū Scotum esset vñs
ra. Similiter si non soluit in termino, ppter impo
tentiam; vel sine culpa sua: quia vbi non est culpa
non debet esse pena. l. sancimus. c. de peni. Septi
mo ratione periculi: quia res erat periculi plus
valet; q̄ res eiusdem speciei in periculo; secundum
docto. in ca. nauiganti. de vñs. Octauo ratioe ad
ministrationis puta tenebatur collocare pecunias
alteri^o in aliquo fructuoso; t̄ nō fecit sicut tutor;
le cui^o erat pecūnia pōt vltra sortē tantū petere qui
tum lucri veri similiter habuisset; si vt debuit col
locasset. ff. de admi. l. tutor. Nono rōne hostilita
tis: nam quē possiūz spoliare reb^o t̄ psequi gladio.
Si ut
lícite ab eo erigo vñsras; sublato tamē scādalo. xiiii.
q. iiii. ab illo. Decimo rōne ostentationis: do tibi
pecuniā signata ad ostētationē vel ad spigno adū
ita q̄ vold eadē in numero mihi restitui: possiūz ali
o logro qd lucri h̄re q̄ nō ē mutuū s̄ locatio. Cide infra
pero s̄n. **S**crupulus est mot^o animi in vñā parie et lū
bus rōnibus; q̄ pusilanimitas dicit. Causat
lo den aut̄ vel ex cōpleriō ad timorē apta. vt est frigidor
siccito comelacolica; vel ex eruditudine seu debilitate vt ppter
pimias vigilias t̄ abstinentias vel ex societate scr
upuloz; vel ex temptatione demonuz. de hac bem
Pusilanimitas parat turbationē; tubatio despe

De scrupulosis. ratione. Ad tollendā hāc passiōne^z sunt multe re
gule. Prima est remotio seu mitigatio cause per
medicinas t̄ moderatas recreationes. Secunda
est q̄ talis pparet se dolendo de p̄teritis t̄ ppos
nēdo cauere de futuris: nam faciēti qd in se est: nū
q̄ deficit deus. Tertia est vt deuote oret t̄ legat li
bos sanctos. Quarta sup omnia obediat prela
to t̄ viris doctis t̄ ad dictū eorū formet t̄ deponat
conscientiaz: t̄ ea deposita faciat crebro cōtrascru
pulos t̄ hoc est potissimum remedium. Nū demon
latenter obicit q̄ in dubijs tutio; pars est eligens
da: respōdeat scrupulosus; hoc nō esse preceptū s̄
consilium; alias omnes relicto seculo deberēt mo
nachari q̄ hoc est tutius; sufficit ergo eligere tutū.
Sūterū dicat q̄ amās periculi peribit in illo: et
p̄cōsequens incedens per viaz lariorē peccat. res
pō. hoc esse verū q̄ n̄ quis nō magis pēdet ad vñā
partē q̄ ad aliam t̄ manēs sic dubi^o opatur sēcūs
quādo pbabilit^o magis declinat ad alterā partē:
q̄ in moralib^o nō possumus habere demonstratiō
nes; sed sufficit habere pbabiles rationes. t̄ sic crē
dit informata ratione: quāuis ex alia parte habeat
scrupulus t̄ timorē; q̄ talis nō peccat; etiā si sit falsa
opinio quā sequitur: dum tamē non sit cōtra sacrā
scripturā manifeste: vel cōtra determinationē ec
clesie. Si iiii. sugerat q̄ scđm H̄reg. bonū men
tiūz est agnoscere vbi culpa non est. respō. q̄ scđm
duz docto. intelligitur agnoscere. i. timere nō autē

De scrupulis.

determinare. Si ad huc obiicit: si esses in articulo lo mortis: nolles sic mori. dicat q̄ in tali articulo multa faceret homo que nō sunt necessaria nec expidiret facere in tota vita. **I**Notādūz q̄ scrupulosis frequenter debet vti epicheia q̄ est virtus qua quis seruata legis intentione verba legis non levat: qđ in multis casib⁹ licet secundū sancti Tho. secunda secū de. q. cxx. maxime scrupulosis interpretando discrete p̄cepta etiam diuinae precipue affirmatiua: q̄ interpretatio licet in foro causarū specie ad legis latorē: tamē in foro conscientie p̄tinet ad quēlibet in factō suo. et in epicheia dō p̄cepta humana et diuina utr̄bis regulis. **A**d primo ubi sunt varie opinioēs eligat et sectet ipse opinionez plus faciētem ad securitatē sue cōsciētie: quia hoc licet. **S**ecundo semp̄ amplectat interpretationē nūtioē circa p̄cepta: quia p̄cepta dei et ecclie non sunt ad tollendū spūialez dulcedinē: quā tollit sentētia scrupulosa. **T**ertio nec de⁹ nec ecclēsia scđm docto. in tēdit obligare ad vit⁹ possibile: qz vit⁹ possibile: dicitur impossibile. alias onus domini non esse leue: et deus nō esset benignissim⁹ homini: qđ est falsum. **Q**uarto nec deus nec ecclēsia intēdit aliquā obligare: vt appareat fatus: sicut nec vota quom̄ redditio est d̄ iure divino: si sunt fatus sunt splenda. **Q**uinto vita honorū sumi debet in exemplum ei⁹ est credendum: quia presūmitur eos habere eti⁹ iudicij: sicut habent bonū affectum. Serio

De locatione.

CXXXI

in his q̄ sunt mala quia prohibita sicut illa q̄ sunt d̄ iure positivo excusat cōsuetudo p̄scripta: quia tollit legem et ipsa est optima legum interpres: imo secundū silues excusat: quāuis non sit p̄scripta: dñ modo sit rōnalis et tollerata sciēt a legis latore nō reclamante cum possit. **I**Notandum q̄ nemo debet formare cōscientiā q̄ sit ercōmunicatus: qñ nō est certus q̄ peccat mortalē in aliquo facto: quia sine mortali vero vel p̄sumpto nemo ejiciet ab ecclesia qđ est maxima pena: et petēs cōsilii ab aliquo quē credit doctū et est cōmūniter bone opinionis: si ille malū cōsiliū det excusat ipse q̄ petit in his q̄ nō sunt cōtra manifētā ecclēsie vel scripture determinationē: qz sic facit qđ p̄t et debet: et nemo obligat ad impossibile. **A**d formādām cōscientiā sic se debet h̄e. Ex varijs dictis multorū in alteri us preiudicij: nō est informāda conscientia: et si formetur deponenda est ad cōsiliū boni viri. si vero deponi nō p̄t sequēda est: qz faciens cōtra conscientiā edificat ad gehenā. In indifferentib⁹ autem p̄t quilibet ad placitū formare cōsciētias.

Olītione p̄sionis. de hac. q. multa loquuntur docto. in. ca. propter. de locato et cōdu. secundum tamen q̄ colligit ex dicto. ca. et tenet cōmūnē docto. p̄fertim florēti. angel. et silues. dīcēdūz q̄ si in cōtractu locationis locans accipit super se periculum sterilitatis et cuiuscunq̄ fortuiti casus; cū con-

De locatione.

tractus ex cōuentioē legē accipiāt: et in re propria quilibet sit moderator et arbiter: et licite a quo cum q̄z quis accipit: quod ali⁹ sibi spōte dat: cōuentio nī standū est de rigore de naturali tamē equitate si ex locatione vel aliiunde nullū emolumētū accēpit vel accepturū se sperat equiualeſa a tali dñō: vi ſi sterilitas nō pōt compensari per fertilitatem precedentū vel ſequētū annorū: non debet dñs hereditatis agrauare locatorē: maxime ſi ſit pēſio magne quātitatis: q; quecūq; vultis faciat votis homines: eadē facite illis dicit dñs: et ſecundū rectarōnē dñs in talicuſu vellet ſibi fieri r̄missionē: ſi ipſe tenetur: et ex p̄cepto charitatis prim⁹ diligēd⁹ eſt ſic nos ip̄i. Aduerte tamen q; ſi generaliter renſia uit: et null⁹ caſu eſt expreſſius ſcdm ioā. an. ca. viii co de cōmoda. nō tenetur: vt ſi dirix q; volebat teniri de omni caſu fortuito. ſacit. l. ſed et ſi. h. qſituz. ſi q̄s cau. Sed ſi numeratiſ aliqbus ſpetialib⁹ ſecuta eſt renunciatio generalis: p̄ illā generalez renunciatiōnē nō veniūt caſus maiores expiſis: ſed ſoli cōſimiles etiā ſi apposuit iuramentuz: q; iuramentū nō obligat ultra cōſensuz iuratis. ca. veniēs diu re iur. In trib⁹ igitur caſib⁹ tenetur quis de caſu fortuito. Primo q̄ſi culpa p̄ceceſſit ut ſi cōmodaui equuz vt ires cordubam et iuſti xirici et incidiſti in latrones: imputabitur tibi. Secundo q̄ſi fuit in mora puta non reddit q̄n debuit et fortuito p̄diſtit imputabit ſibi niſi eo modo eſſet periturares

De facto occulto.

CXXXI

apud domiuſ. Tertio q̄n interuenit pactuz de for-
tuito. Eſt autē caſus fortuitus euētus repente rei
q̄p̄euideri nō pōt nec refiſti. vt hōſtium incursus
incēdiū: terremor et h̄moi.

Quādo peccatuſ eſt publicū et peccator: oc-
cultus ſicut q̄n appet homo occiſus et neſt
eſt homicida: lata ſententia excoicationis cōtra oc-
ciſorē ſi inſra tot dies non venit ſatisfaciēdo: vt rūz
homicida occult⁹ teneat ſeipſuſ manifestare alias
incurrat. Sup hoc varie loquuntur docto. veritas
tū eſt ſedz q; comuni⁹ tenet q; cuſ occiſor p̄dict⁹
ſit māiſest⁹ p̄ſe licet ſit occult⁹ p̄ accidēs ex defec-
tu. pbaſiois et teſtiuz: ſine dubio quātuſ ad illud
ſubdit⁹ eſt et diariſſictione exteriori ecclie: et rūder
tenet alias incurrat: reſpodebit tū in ſecreto per ſe
vel p̄ aliuſ offerēdo ſatisfaktionē ad arbitriuſ boni
viri ſcdz q; pōt: ita tū q; fame et pſone ſue nulluz ſea-
quāt incoueniēs: et ſi inſra assignatuz terminū nō
poſſet ſine euidenti p̄euidicio ſue pſone rūdere niſi
quātuſ ſatisfactio reqr̄it videt̄ q; liceat ſibi diſfer-
re maniſtationē ſui: vſq; ad aptū tps et interim
nō incurrat excoicationē: dū modo paratus ſit ſa-
tiffacere leſiſ: q; intētio ecclie excoommunicat̄ eſt
q; ſatisfaciat de ppetrato ſcelere ſine ſui p̄iudicio.
Querit dato q; fiat p̄ceptū dū nō intrādo in ali
q; loci: ſicut ſepe fit inter religiosos: vt rūz q; nullo
videte ſecrete cōtrauenit trāſgrediat̄ p̄ceptū. vi-
detur q; nō nā occulta nō ſubſunt humano iūdicio

De facto occulto.

sed soli deo iurta illud primo reg. xvij. hoc videt quod patet: deus autem intuetur cor. et prima coru. iiii. nulliter ante tempore iudicare: quo aduersum quodcumque dñs veniat. et ceterum. sed talis actus est omnino occultus. ergo. Dicendum quod talis transgreditur preceptum: et incurrit oculis penas preceptio appositas: sicut si quis discredatur articulis fidei in solo corde profectissime est hereticus cum habeat errores et in fide et cum pertinacia: quod tria constitutur profecta ratione heresis: et tamen non est excommunicatus: nec calarius percutitur iuris positioni reus: si tamen aliquo exteriori operi vel verbo heresim exprimitur: statim est excommunicatus etiam si nullus videatur vel audiat. similiter in proposito. ad rationem in contra dicendum quod duplum aliquid est occultum. pro se et per accidentem. Occultum pro se est quod ex sua ratione habet videntur cognitio sensu et quod incepit humana cognitionis: scilicet quod in dicatur ecclesia: occultum vero per accidentem est quod licet sensui subiacet vestes tamen non habet. Occultum est per se est actus interior duplum consideratur: uno modo scilicet quod est in solo corde alio modo scilicet quod est causa commissione vel omissione interioris ut cum quod ex odio interiori facit vel omittit aliquid extra suum illud sit locutio sive operatio qualiscumque. Quamvis igitur occultum per se primomo do ecclie censuris non sunt subdita: occultum tamen pacienter et ex defectu probatiois ut sunt facta exteriora secretissima: et actus interiores ut sunt causa et ratione exteriorum commissione vel omissione subiacet iudicio ecclesie et censuris: ex quo patet quod prohibitus facta

De dispensatione et de iuramento. CXXXII
inquisitoribus ne odio vel amore omittat processus contra hereticos sub pena excommunicationis non fit propter actum interiorum precise: sed propter exteriorum et interiorum odio vel amore procedentes. patet etiam quod victimus temptatione contra fidem proferens ore suam infidelitatem etiam si sit solus: est excommunicatus.

Onus cause cognitione ab habentem ius dispensandi. viij. secundum bernardum de dispensatione et precepto prelatorum datus licentias venientia contra leges sine causa rationabiliter vel saltem dubia pro solavoluntate: dissipatores sunt non dispensatores. cause legitime ad dispensandum sunt. i. tempore. quando defecit non in temporis quo merita et corpora defecerunt: distinctionis antiquum non patitur maneat celum regum. xxvij. fratnitatis. p. q. viij. necessaria. iij. utilitas vel alij faciliter conturbatur ad bonum. xxvij. q. iiiij. pie tas. iij. qualitas personae: meriti et scientiae. dis. ea. c. tali. et didici. iiiij. necessitas. v. pietas. vij. scandalum multitudinis. distill. vt constitueretur. viij. euenter rei: et generaliter statum est arbitrio boni viri quoniam sit insta causa dissensionis: et tunc peccat prelator non dispensans. Si ipetretetur dispensatio vel alia gratia ex falsa causa tacita veritate vel suggesta falsitate nulla est. de rescripto. ad audiencias. iij. et de filio. psalmus. ca. iij. li. vij. quod nota contra religiosos eximentes se hoc modo. quod vere sunt fugitiui vel apostate. Quamvis episcopus non possit dispensare contra canones et concilia: nisi in his que sibi expresse coceduntur. ut in causa. dilectus de tempore. ordinis. r. iiiij.

De disp̄satione & de iuramento.

sit̄ accidat aliquis casus tpe cōstitutionis iner-
gitatus magne necessitatis & utilitatis sine dubio
p̄sumendū est q̄ papa qui est pastor omnīz & nō
debet q̄rere q̄ sua sunt sed q̄ om̄iū iesu xp̄i: cū prela-
